precipue in aqua non deſcendit lignū magnū ⁊ graue: ⁊ que
dam de grauibus habent multo minus deſcendere in eadē:
q: paucos in aqua videmus ſubmergi lapides. Teſtimoni
um ergo viſus in vtroq̃ eſt contra iſtos ſm̄ hanc tamen ſci
entiam: ⁊ per hanc cauſam diſtinxerūt inter grauius ⁊ leui-
us nihil dicentes de graui ⁊ leui abſolutis: huius aūt con- Tex.c.9.
trariū videmus: q: in rebus ſimplicibus inuenimus ignem
eſſe leuem ſempiterne leuitatis: ſiue comparet̄ ad aliud ſiue
non: ⁊ ideo ſemper mouet̄ ſurſum ⁊ videmus terram ⁊ res
compoſitas in qbus abūdat terra eſſe ſempiterne grauita-
tis ſiue comparent̄ ad aliud ſiue non: ⁊ ideo ſemper moueri
deorſum: ſi aūt hec ita ſe habent tūc non eſt verū ꝙ propter
diſpoſitionem paruitatis aut paucitatis triangulorū ſuper-
ficierū ex qbus elementa ſm̄ Platonicos componūtur mo-
uet̄ ignis ſuperius: q: ſi eſſet ſicut ipſi dicūt: tūc ignis mul-
tus ⁊ magn⁹ deberet eſſe tardus in aſcendendo eo ꝙ ex mul
tis componit̄ triangulis: ⁊ ignis paruus in aſcendendo de-
beret eſſe velox: eo ꝙ ex paucis triangulis habet compoſitio
nem: huius aūt totū videmus contrariū: q: quanto maior
eſt ignis tanto aſcendit velocius: ⁊ quanto eſt minor tanto
deprimit̄ facilius ⁊ aſcendit tardius. Amplius aūt ſi corpus Tex.c.10.
leuius eſt leue: ideo q: ex homogeniis paucis componit̄ ⁊
grauius: ideo eſt graue q: cōponit̄ ex multis homogeniis:
⁊ dicat̄ cum hoc ꝙ ignis ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra componunt̄ ex
triangulis ⁊ non differūt in grauitate ⁊ leuitate niſi ſm̄ mul
titudinem ⁊ paucitatem triangulorū: ita ꝙ quedam eorū ſūt
leuia ⁊ grauia propter dictam cauſam: tūc multus aer ⁊ ma
gnus debet grauior eſſe aqua pauca ⁊ parua: q: multus aer
ſm̄ Platonicos ex pluribus triangulis componit̄ ꝙ̄ aqua
parua: ſed hoc ergo velocius deſcendit multus aer deorſū
ꝙ̄ parua aqua: ⁊ pauca aqua velocius ſurſum aſcendit ꝙ̄
multus aer: hoc aūt eſt contra ſenſum: dicto ergo modo di-
ſtinguūt graue ⁊ leue Platonici ſm̄ dictū modū diffiniunt.
Alij aūt non conſenſerūt in diſtinctionem hanc nec inquiſi- Tex.c.11.
uerūt de cauſa leuis ⁊ grauis per modū qui dictus eſt: ſed
diſtinguūt eam per aliam cauſam ꝙ̄ ſit illa quā intenderunt
dare Platonici: ⁊ melius dicunt illi ꝙ̄uis ſint antiquiores
Platonicis: ⁊ hoc rarū eſt philoſophantibus: q: poſteriores

Poſteriores pſpicaciores eſſe conſueuerũt idē Commentator hic cōmēto, ii.

perſpicaciores eſſe conſueuerũt q̃ꝫ priores: eo ꝙ poſteriores
iuuantur rationibus eoꝝ qui preceſſerũt eos. Nos etiam vi
demus ꝙ quedam corpora ſpiſſiora ſunt alijs: ⁊ huius cau/
ſam melius poſſunt dicere antiquiores qui ponũt athomos
q̃ꝫ poſteriores qui ponunt ſuperficies: ⁊ videmus ꝙ corpora
dura valde que ſpiſſa ſunt multum ⁊ conſtrictos habent po/
ros eſſe grauiora ⁊ in permutatione ſua ⁊ velocius deſcēde/
re lꝫ habeant ſuperficies pauciores: ſic ergo oſtenſuꝫ ſit ⁊ cer
tificatũ ꝙ leue ⁊ graue non cauſaꝝ ex multitudine compoſi/
tionis partium homogenearũ vel paucitatem earũdem: qꝛ
ſi vtraqꝫ cauſareꝝ ex illis tũc graue ⁊ leue non eſſent inequa
liter ſpiſſa: ſed tñ differrent multitudine ⁊ paucitate ſuper/
ficieꝝ ⁊ eſſent equaliter ſpiſſa: eo ꝙ ſuperficies cũ ſuperficie
alia non applicaꝝ ita ꝙ aliquid remaneat vacuũ inter duas
ſuperficies: ſed continue vnde omne corpus eſſet ſpiſſum ⁊
Tex.c.12. nullum rarũ ſi ex ſuperficiebus corpora componerenꝝ: ſi aũt
comparationem volumus facere inter iſtas duas opinio/
nes: tunc dicemus ꝙ illi qui componunt ex partibus indiui
ſibilibus ita ꝙ dicũt ea componi ex primis figuris ſuperficie
rũ que nō diuidũtur in homogenea figuris illis: ſicut in ter/
tio libro ſuperiori oſtendimus non poſſũt reddere cauſam
differentie leuis ⁊ grauis neqꝫ in ſimplicibus neqꝫ in com/
poſitis: nō eñi poſſũt dicere ꝙ cauſa huius differētie ſit ma/
gnitudo ⁊ paruitas ſuperficierũ: quia tũc quanto maior eſ/
ſet ſuperficies tanto grauior eſſet in corpore cui componiꝝ
qđ omnino impoſſibile ⁊ non intelligibile eſt ꝙ ſuperficies
differant propter grauitatem ⁊ leuitatem: illi autem qui cō/
ponunt corpora ex athomis corporibus tres dimenſiones
habentibus ſicut faciunt Democritus ⁊ Leucippus poſ/
ſunt reddere differentiam grauis ⁊ leuis in ſimplicibus que
qdē eſt intelligibilis lꝫ ſit falſa: ſed cauſa reddita in ſimplici/
bus que non eſſet in compoſitis ſm illos enim differũt atho
mi per magnum ⁊ paruum: ⁊ dicunt ꝙ corpus ſimplex com/
poſitum ex magnis ſemper eſt graue vt terra ⁊ aqua: compo
ſitum autem ex ſubſtantialibus ⁊ paruis athomis ſemp eſt
leue vt ignis ⁊ aer: ſed in compoſitis non eſt poſſibile red/
dere hanc cauſam differentie: corpora enim compoſita ad
ſenſum differunt ad modum quem dicemus: ⁊ hoc eſt quia
videmus multa corpora parua in quãtitate ⁊ compoſita mi
noribus athomis ſicut eſt es ⁊ precipue aurum eſſe grauio/
ra corporibus maioribus compoſitis ex groſſioribus atho/
mis ſicut eſt lana: aurum enim plus habet de partibus aque
⁊ ignis cũ ſit calidũ ⁊ humidũ ⁊ liq̃bile: ⁊ lana plus hꝫ de pti
bꝰ terre cũ nihil hoꝝ accidit ei: athomi ãt aq̃ ⁊ ignis mino/
res ſũt ⁊ ſubtiliores athomis terre ſꝫ Demo. ⁊ Leucippũ.

Cap. 4m. De improbatione oppoſitionũ illoꝝ qui vacuuꝫ ⁊ plenum dixerunt eſſe cauſam grauitatis ⁊ leuitatis.

Tex.c.13. ANtiquoruꝫ autem alij diuerſificati ſunt in cau
ſa grauis ⁊ leuis ab his qui prenominati ſunt
dicentes vacuum eſſe cauſam leuis ⁊ plenum
eſſe cauſam grauis: cum autem ponentes va/
cuuꝫ ſint bipartiti ſicut diximus in quarto phy
ſicorum: ⁊ quidam eorum dixerunt vacuũ eſſe
ſeparatum a corporibus: ⁊ quidam eorum vacuum eſſe im/
bibitum ⁊ profundatum eſſe in corporibus: ⁊ ideo rara eſſe
⁊ poroſa illa corpora ſicut fuit Xutos philoſophus quidam:
quidam alij fuerunt illi qui vacuum cauſam eſſe leuis dixe
runt de numero illorum qui poſuerunt vacuum imbibitum
eſſe in corporibus ⁊ profundatum in ipſis: ⁊ hec opinio tres
habuit diuerſitates quarum vna fuit qui dixit ꝙ leue eſt qđ
conſtat ex maiori vacuo q̃ꝫ ad minus leue ſiue habeat par/
tes plures pleni ſiue pauciores ſiue equales. Alia autem fu/
it que dixit ꝙ leuius eſt qđ conſtat ex maiori vacuo ⁊ pleno
minori q̃ꝫ aliud qđ eſt minus leue q̃ꝫ ipſum. Tertia võ fuit
que dixit ꝙ leuius eſt cuius proportio ſui vacui ad plenum
maior eſt q̃ꝫ proportio vacui alterius ad plenum qđ eſt mi/
nus leue q̃ꝫ ipſuꝫ: has autem omnes diuerſitates ſuis locis
in hoc capl̃o intēdimus improbare ſed poſtponere intendi/
mus rationes huius ſecte que dixit vacuum eſſe cauſam le
uitatis: dicunt autem omnes iſti ꝙ vacuum qđ eſt in corpo/
ribus impellit ea ſurſum ſicut mouēs corpora: ⁊ per hoc mo
tum cum ipſis: ⁊ hoc iterum dicunt eſſe verum donec fortaſ
ſe multa corpora magna in quantitate ſunt leuiora alijs mi
noribus: eo ꝙ in magnis de vacuitate eſt plus q̃ꝫ in minori/
bus ſicut patet ex magna ſpongia ⁊ paruo plumbo: hanc eñi
dicunt eſſe cauſam ꝙ aliquando corpora leuiora ſunt maio
ris ſpiſſitudinis hoc eſt quantitatis ⁊ menſure q̃uis ſint cō
poſita ex equalibus in numero partibus corporibus mino/
ribus ⁊ grauioribus que tot habent partes corporis per na
turam ſicut illa: ⁊ vt vniuerſaliter dicatur iſti dixerũt ꝙ cau
ſa leuitatis corporum ab alijs partibus corporalibus gra/
uioribus equalibus ſibi per naturam partium componen/
tium eſt vt plus de vacuo ſit in leui q̃ꝫ in eo qđ eſt minus le/
ue: lꝫ ei ſit compar in numero componentium: ⁊ ſm hũc mo
dum dixerunt ꝙ vna res eſt leuior vel grauior alia. His Tex.c.14.
autem contradicentes dicemus vacuum maius cauſam eſ/
ſe leuitatis diminute dicunt: ⁊ ſi daretur eis ꝙ non dicerent
falſum: quicunqꝫ enim diſtinguunt cauſam harum duarum
virtutum ſiue potentiarum per vacuũ maius ergo eſſe cau
ſam leuis: ſed vt addãt ꝙ hoc eſt leuius qđ habet de vacuo
plus ⁊ de pleno minus ſiue de corporeitate minus ꝙ idem
dicimus cum pleno: ſi enim hec non addiderũt ſequitur ex
dictis eorum leue non eſſe leue: confitentur enim illi ignem
omnem eſſe leuem: eo ꝙ in ipſo maius eſt vacuum q̃ꝫ in alio
quocunqꝫ corpore: ⁊ ſequitur in expoſitione eorum manife/
ſtus error vt ſcilicet magnum aurum leuius ſit igne paruo:
eo ꝙ ſm ipſos plus ineſt ei de vacuo: accipiemus enim par/
uum ignem ⁊ conſtat ꝙ in illo eſt aliqđ corporis pleni ⁊ mul
tiplicia illius corporeitatis accipianꝝ in magno auro quan/
tecũqꝫ quantitatis voluero. Cum enim aurum multiplex
ſit ad ignem oportet ꝙ multiplex ſit vacuum qđ eſt in auro
ad vacuum qđ eſt in igne paruo: ⁊ ſic aurum magnum leui/
us eſt igne paruo ⁊ eſt contra ſenſum: ergo falſum fuit ⁊ di/
minutum qđ dixerunt vacuum profundatum in corporibus
tñ eſſe cauſam leuitatis: vt autem melius pateant antiquo
rum poſitiones: ſciendum ꝙ quidam antiquorum vacuum Tex.c.15.
eſſe in mundo iſto omnino negauerunt lꝫ concederent ipſuꝫ
eſſe extra mundum: ⁊ illi etiam nullo modo penitus aliqđ
de grauis ⁊ leuis cauſa diſtinxerũt ſicut Empedocles ⁊ Pi
thagoras. Quidam autem de numero eorũdem negantiuꝫ
eſſe vacuum diſtinxerunt inter cauſam grauis ⁊ leuis ſicut
multi alij philoſophi: verũtamen non dederũt cauſam gra/
uis ⁊ leuis abſolute ⁊ ſimpliciter dictoꝝ ita ꝙ dicerent qua/
re quedam ſimpliciter aſcendũt ſurſum: ⁊ quare quedã ſim/
pliciter deſcendunt deorſum: ⁊ tales fuerũt qui dixerũt com
poni corpora ex ſuperficiebus vel ex athomis: ⁊ illi non pote
rũt dare cauſam quare quedam corpora maiora in ſpiſſitu/
dine ſue quantitatis ſint leuiora quibuſdam alijs minori/
bus in quantitatis ſpiſſitudine ſicut ſupra diximus de plum
bo paruo ⁊ ſpongia magna: quãuis enim locuti ſunt iſti de
cauſa leuis ⁊ grauis in corporibus inequalibus cauſam nul
lam dederũt: ⁊ hoc qđ dixerũt contrariatur ei qđ videmus
oculis: quia videmus maius corpus aliquando leuius eſſe
paruo: ⁊ quo ad hoc ſufficientius dixerunt ponentes vacuũ
quia illi ex dictis ſuis cauſam dederunt illius qđ diximus
ſicut manifeſtũ eſt ex predictis. Redeamus aũt ad ꝓpoſituꝫ Tex.c.16.
dicentes ꝙ omnes illi qui tñ leuitatis ignis dixerũt eſſe va
cuũ aliquo tamen ſupradictoꝝ modoꝝ inconuenienter di/
xerunt: ſi enim dixerunt cauſari leuitatem ignis primo mo/
do ex multitudine ſcilicet vacuitatis que eſt in igne tunc ne/
ceſſario ſequunꝝ eos ſentētie impoſſibiliũ multoꝝ a quibus
exire non poſſunt. Et ſi dixerũt ſecũdo modo ſcilicet ꝙ cau/
ſa leuitatis ignis eſt ex hoc ꝙ plus habet de vacuo ⁊ minus
de corporeitate ſiue de pleno: iterũ ſequitur impoſſibile: vi/
demus enim ꝙ licet vniuerſaliter comparando eq̃lem ignē
ad equale quodcũqꝫ aliud corpus in igne ſit plus de vacuo
⁊ minus de corpore ſiue pleno: tamē ſicut ſuperius diximus
in igne multiplici ad terram paruam eſt plus de corporeita/
te q̃ꝫ ſit terra parua: ⁊ tamen ignis magnus ⁊ multus leuior
eſt terra parua ⁊ pauca ⁊ plus vel minus de pleno non facit
graue vel leue: nec etiam plus de vacuo facit leue vel graue
ſicut diximus ſupra. Adhuc autem dicentibus cauſam gra/
uitatis ⁊ leuitatis eſſe plus de pleno vel plus de vacuo con/
tingit non diffinire abſolutum leue vel abſolutũ graue: ſed
comparatũ tñ ꝙ diffiniũt ipſum cũ permixtione contrarij:
qđ enim habet plus de vacuo habet aliquid de pleno ꝯtra/

rio qđ habet plus de pleno habet adhuc de vacuo cõtrario:
ſi per illas diffinitiones graue ⁊ leue ſimplicia non diſtingu-
unť ſed aut ad aliud impoſſibile: ſi enim grauius eſt in quo
eſt plus de pleno cum in magno igne ſit plus de pleno ꝙ̃ in
parua terra ſequitur magnum ignem eſſe grauiorem ꝙ̃ par
uam terram qđ eſt contra viſum: ſi autem dixerũt ꝙ leuita
tis maioris cauſa eſt habere intus plus de vacuo ſequitur
aliquid graue ſimpliciter qđ ſimpliciter quo ad omnes par-
tes ſui magnas ⁊ paruas moueť deorſuꝫ leuiꝰ eo qđ ſimplici
ter eſt leue ⁊ ſm omnes ſui partes magnas ⁊ paruas moueť
deorſum: qꝛ ſicut ſupra diximus ſequereť magnaꝫ terrã eſſe
leuiorem paruo igne: ⁊ hoc eſt incõueniens: qm̃ leue ſimpli-
citer ſemper eſt leuius in oĩbus ſuis partibus ꝙ̃ ſit id quod
eſt ſimpliciter graue ⁊ motũ ſemp deorſum lꝫ nõ ꝯuertať: qꝛ
non omne leuius aliquo eſt ſimpliciter etiã leue ⁊ abſolute.
Res enim grauitatem habentes aliquãdo cõparanť in leui
tate ſicut dicere ꝯſueuimus aquam leuiorem eſſe terra ⁊ ae-
rẽ eſſe leuiorẽ aqua: cum tamen ⁊ aer ⁊ aqua habeant graui
tatem in locis ſuis ſicut infra oſtendemus. Si aũt dixerunt
ſm tertium modũ ſuperius determinatũ eſſe cauſam leuita
tis ⁊ grauitatis hoc eſt ꝙ proportio vacui ad plenuꝫ in vno
ſit ſicut proportio vacui ad plenũ in alio: ad hoc ꝙ ſint equa
liter leuia ⁊ grauia vel ꝙ ſit proportio vacui ad plenũ in vno
⁊ tunc vnum illoꝝ erit leuius ⁊ alteꝝ grauius: dicemus ꝙ lꝫ
illud aliquo modo ſufficientius ſit ꝙ̃ duo modi prehabiti
tamen per hoc euadere impoſſibilia non poſſunt: lꝫ enim ex
iſto poſſet aliquo modo ſm hominẽ ⁊ ſm rem cauſari ſim-
pliciter leue ⁊ ſimpliciter graue tamen ꝯſequunť impoſſibi-
lia multa ꝙ̃uis ei poſſumus dicere ꝙ ſimpliciter leue eſt cu-
ius vniuerſaliter quo ad omnes partes eſt proportio maior
vacui ad plenũ ꝙ̃ ſit aque vel aeris vel terre: ⁊ ſimpliciter
graue eſt cuius quo ad omnes partes proportio minor eſt
vacui ad plenum ꝙ̃ alioꝝ: ſequitur tamen ex ſermone illorũ
impoſſibile alio modo: in igne enim paruo ⁊ in igne magno
equalis proportio vacui ad plenum: quoniam ſicut ſe habet
proportio vacui ad plenum in igne paruo: ſic ſe habet pro-
portio vacui ad plenum in igne magno. Si enim decupla in
vno decupla eſt etiam in alio: ⁊ ſic de alijs proportionibus.
Similiter aũt ſe habet ꝓportio vacui ad plenũ in terra ma
gna ⁊ in terra parua. Sequitur igitur ex hoc vt que ſunt eq̃
lia ſm ꝓportionem ſint equalia ſm grauitatem ⁊ leuitatem:
⁊ que ſunt equalia ſm grauitatem ⁊ leuitatem: ſint equalia
ſm velocitatem aſcẽdendi ſurſum vel deſcendendi deorſuꝫ:
ergo equaliter ſm velocitatem aſcenderet ignis magnus ⁊
paruus: ⁊ equalr̃ ſm velocitatem deſcenderet terra parua
⁊ magna: ⁊ ſimiliter eſt de alijs grauibus ⁊ leuibus paruis ⁊
magnis. Huius aũt ꝯtrarium videmus oculis cuꝫ aſpicia-
mus ignem magnum velocius aſcendere paruo: ⁊ aurũ vel
Tex.c.17. plumbum magnum velocius deſcẽdere paruo. ¶ Amplius
aũt impoſſibile eſt dicere ꝙ vacuitas ſit cauſa mouens ſur-
ſum id quod vocatur leue: niſi ita ꝙ etiam ipſa moueať ſur
ſum eodem motu. Cum aũt mouetur ſurſum non mouetur
a pleno ſed vacuo. Cum enim vacuum ſit diſtantia tres ha
bens dimenſiones non poteſt mouere aliquid quando eſt ꝓ
fundata in corpore niſi moueatur: ⁊ ſic idem erit totum mo-
uens ſeipſum totum qđ eſt improbatuꝫ in principio ſeptimi
phyſicoꝝ. Adhuc aũt etiam ſi non fiat vis in hoc: ⁊ ſi dixerũt
illi ꝙ de aptitudine vacui eſt mouere ſurſum: ⁊ de aptitudi-
ne pleni eſt mouere deorſum ea que componuntur ex pleno
vacuo: tunc adhuc diminute dicunt iſti cauſam leuis ⁊ gra-
uis. Non enim ſufficit inquirere ⁊ determinare ſm hec qua
liter res componuntur ex vacuo ⁊ pleno: ⁊ ſequunť motum
alterius ipſoꝝ: ſed opꝫ inquirere quare non ſeparatur vnꝙ̃
vacuum a pleno: ſimplicia enim que componunt aliqua ſe-
parari habẽt ſm naturã: ⁊ ſi deberet vacuum eſſe ſeparatuꝫ
a pleno ⁊ vacuum debet eſſe ſimpliciter motuꝫ ſurſum: ⁊ ple
num ſimpliciter motũ deorſum: ⁊ hoc non dicunt qꝛ ſicut di-
ctum eſt ante iſti ponũt vacuum non eſſe ſeparatum ſed pro
fundatũ in corpore: falſum eſt etiã inſuper qꝛ ſi vacuuꝫ eſſet
ſimplex cauſa leuitatis ſimplicis: tũc id qđ nihil eſt eſſet cau
Tex.c.18. ſa eius qđ principium eſt motus in natura. Amplius autem
impoſſibile eſt vt ponatuř vacuo locus ad queꝫ moueat vel
ad quem moueatur: hoc eſt ac ſi ipſa vacuitas non ſit locus.
Si enim vacuũ dicatur mouere vel moueri ſm locum: tunc
opꝫ neceſſario vt aſſignetur ei locus ad quem moueat natu
ralr̃ vel moueatur ⁊ ille erit naturalis: ⁊ tunc ſequitur ꝙ op-
poſitus iſti loco ſit violentus: ⁊ qualiter locus nãlis ⁊ violẽ-
tus attribuatur vacuo impoſſibile eſt fingere volentibus.
Amplius autem queratur ab his que cauſa ſit motus ipſa
vacuitas ⁊ qualiter mouet vacuitas ſeipſam: hoc enim ne-
ceſſe eſt dicere ſi vacuuꝫ mouet ꝙ vacuũ etiã moueatur: non
enim poſſunt dicere ꝙ plenuꝫ ⁊ corporeitas moueatur a va-
cuo ⁊ non vacuum: quia illa mouentur motu oppoſito mo-
tui vacui vt diximus ſuperius. Qualiter autem dicatur cau
ſa motus vacuum non poteſt intelligi: quia non ſunt in na-
tura niſi quatuor cauſe quarum vacuum nulla eſt omnino:
⁊ etiam ſi eſſet cauſa non eſſet naturalis: ideo opinio de ple-
no ⁊ vacuo omnino eſt irrationalis ⁊ falſa. ¶ Amplius aũt Tex.c.19.
altercationes diſputationum que ſunt contra iſtos qui di-
cunt vacuum eſſe cauſam leuis: ⁊ plenum eſſe cauſam gra-
uis: ſunt etiam contra illos qui ponunt cauſam leuis ⁊ gra-
uis athomos differentes per magnum ⁊ paruum: ſicut fece
runt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ ſimiliter contra eos qui
ponunt cauſam grauis ⁊ leuis partes menſure que ſunt li-
nee ⁊ ſuperficies: lꝫ non omnia impoſſibilia que ſunt contra
vnam opinionem ſunt etiam contra aliam tamen in hoc cõ
ueniunt ꝙ accidit his omnibus tribus opinionibus ꝙ non
poſſunt ex dictis ſuis aſſignare cauſam leuis ⁊ grauis abſo
lute dictorum: ſed aſſignant tm̃ cauſam leuis ⁊ grauis per
comparationem acceptorum: lꝫ enim tertia pars eorum qui
dixerunt vacuum ⁊ plenum eſſe cauſam leuis ⁊ grauis videẽ
tur dicere cauſam grauis abſolutorum in hoc qđ dicit ꝙ eſt
illud leuiſſimum in quo eſt maxima proportio vacui ad ple
num ⁊ hoc grauiſſimum qđ habet econuerſo proportioneꝫ:
tamen abſq; dubio ſm rei veritatem non dicit qꝛ nullũ eſt
adeo vacuum dũmodo aliquid habeat de pleno ꝙ ipſuꝫ nõ
contingat accipi magis euacuari: ⁊ ideo ſm eos omni leui
eſt accipere leuius ⁊ omni graui eſt accipere grauius. Sed
graui ſimplici nõ eſt accipere grauius in natura: nec leui ſim
plici eſt accipere leuius: ſicut nec albo ſimplici omnino eſt ac
cipere albius: quia ſimplex leue ⁊ ſimplex graue ſunt in ter-
mino leuitatis ⁊ grauitatis nihil habentia de permixtione
contrarij. Cum igitur illi non dicunt niſi cauſam leuioris ⁊
grauioris: nulli alij dicunt cauſam ipſorum ſicut ſupra oſten
dimus: ⁊ quo ad hoc idem accidit omnibus tribus dictis
opinionibus. Iſti enim qui dicunt plenum ⁊ vacuũ cauſam
eſſe leuis ⁊ grauis ponunt ꝙ materia ⁊ ſubiectum in quo ra
dicantur iſte virtutes que ſunt leuitas ⁊ grauitas ſit multũ
quoddam: eo ꝙ dicunt ipſa eſſe contraria ſcilicet vacuuꝫ ⁊
plenum: dicunt enim ꝙ proximum ſubiectum leuis eſt va-
cuum: ⁊ proximum ſubiectum grauis eſt plenum que ſunt
multa ⁊ contraria. Qđ aũt id impoſſibile accidat his tribus
opinionibus ſic probatur. Omnes enim cõueniũt in hoc ꝙ
materiam ⁊ ſubiectum harum virtutum ponũt eſſe aut vnã
aut multa que ſunt contraria: ſi autem ponunt materiã que
eſt ſubiectum harum vnum in natura: ſicut faciunt dicẽtes
athomos aut ſuperficies triangulas: tunc conſtat ex omni-
bus que ſuperius diximus: contra has opiniones diſputa-
uimus ꝙ nihil erit graue abſolutum nec leue abſolutum
omnino. Si autem materia horum dicatur eſſe multa ⁊ cõ-
traria: ſicut dicunt auctores vacui ⁊ pleni: tunc iterũ nil erit
graue abſolutum aut leue abſolutum: quia neceſſe eſt ꝙ illa
contraria ſint circa ſubiectum vnum in natura ⁊ forma: ⁊ ſic
iteruꝫ ſequitur ꝙ idem in natura ⁊ forma qđ ſubijcitur con
trarijs differat in plus habendo de vacuo vel de pleno: ⁊ ſi
ſit leuius vel grauius quia ſic idem erit aliquando leue ⁊ ali
quando graue: ⁊ cum vacuum ſemper ponatur eſſe permix
tum pleno ⁊ plenũ vacuo nihil erit abſolute graue ⁊ abſolu-
te leue. Si autem non ſunt extrema in leuitate ⁊ grauitate:
tunc etiam non poterunt inueniri media inter leue ⁊ graue
abſoluta: quia illa non ſunt niſi per compoſitionem extremo
rũ: media aũt ſunt cauſa quare ſunt quedam res grauiores
⁊ quedam leuiores: ⁊ ſic nulla res neq; leuis eſt neq; grauis:
neq; leuior neq; grauior.

¶ Cap. 5m. De improbatione opinionis que dixit cauſam le
uis ⁊ grauis eſſe rarum ⁊ denſum.

Preter

Tex. cō.20. PReter autem dictas opiniones eſt opinio quarta de cauſa leuis ⁊ grauis illorum qui poſuerūt magnitudinem corporis ⁊ eius paruitatem eſſe cauſam grauitatis ⁊ leuitatis vocantes magnitudinem ⁊ ſpiſſitudinem: grauitatem ⁊ leuitatem: ⁊ ſubtilitatem ſiue raritatez corporis paruitatem appellantes: ⁊ horum ſermo lz ſit vanus ſm rei veritatem dicendam de cauſa leuis ⁊ grauis: tamen eſt ſufficientior omnibus tribus opinionibꝰ inductis. Eſt enim valde receptibilis cordi humano: eo ꝙ multum concordat ei qđ ſm ſenſuum atteſtationem cognoſcitur. Nos eni omnia grauia ⁊ ſpiſſa videmus ſicut terram ⁊ terrena corpora et omnia leuia videmus eſſe rara ⁊ ſubtilia: ⁊ iſtud iſti dicunt ꝙ nos videmus ꝙ quatuor corpora vocata elementa differunt in grauitate et leuitate ſm modum differentie eorū in groſſitie ⁊ ſubtilitate: ſiue denſitate ⁊ raritate que iſti magnitudinem ⁊ paruitatem appellant: ſed tamen hic ſermo iſtorum vanus eſt: quia abſqʒ dubio ſi quis ſubtiliter conſideret dictum eorum idem inconueniens accidit iſtis qđ accidit illis qui dixerunt vnum ſolum eſſe elementum ſiue id ſit vnum de extremis ſicut ignis vel terra: ſiue vnum de medijs ſicut aer vel aqua: ſiue etiam quintum preter hoc ꝙ ſit medium inter aquam ⁊ aerem ⁊ terram ⁊ ignem: dicunt enim omnes iſti ꝙ illud elementum qđ dicunt eſſe omniuʒ aliorum producit ex ſe aliam differentiam raritatis ⁊ ſpiſſitudinis ſiue groſſitiei ⁊ ſubtilitatis: quia ad eaſdem res ſignificandas vtūtur. Hoc enim neceſſario iſti dicunt ꝙ vnū ſit adhuc primum elementum ſm naturam ante ſpiſſum et rarum: ⁊ poſtea manens in ſubſtantiali forma diuerſimode raro ⁊ denſo ⁊ efficiatur tunc graue ⁊ leue: ⁊ tunc idem accidit his impoſſibile qđ accidit illis qui omniuʒ corporū materiam elementalem poſuerunt vnam: ⁊ hoc inconueniens eſt vt concedant ꝙ nulla res grauis eſt abſolute neqʒ leuis abſolute: ſicut nos oſtēdimus ſupra: vbi diſputauimus cōtra eos qui poſuerunt elementum eſſe vnumquodcunqʒ ſit illud. Amplius autem ſi vnum ⁊ idem ſit diuerſificatuʒ per raruʒ ⁊ denſum: tunc ſequitur iterum ꝙ nihil mouetur ex ſua forma ſubtili ſurſum vel deorſum: ſed ſemper expulſuʒ a ſuo contrario ſicut frigidum expellit caliduʒ ⁊ econuerſo: quia tunc non poteſt dici ꝙ ſimplex per ſubſtantiam motuʒ ſurſum ſit ad locum ſue generationis ⁊ conſeruatiōis: ſed potius vnum ⁊ idem eſt per formam elementalez: quia mouetur ſurſum quando coartatur a ſpiſſis partibus inferius ⁊ mouetur deorſum quando expellitur a raris partibus inferius eo ꝙ contrarie forme ſe mutuo expellunt. ¶ Sequit etiam ſm iſtos ꝙ multa ſubtilia compoſita ⁊ coniuncta in vnum ſunt grauiora rebus paucis coniunctis groſſis que illi magna vocant: ſi autem hec ita ſe habent: tunc ſequitur ex ſermone illo ꝙ aer multus aut ignis multus ſit grauior ꝙ̄ aqua pauca aut terra pauca: hoc autem impoſſibile eſſe oſtenſum eſt ſupra: ⁊ contingunt hec omnia impoſſibilia ex hoc ꝙ iſti dicunt vnam materiam in forma eſſe elementi ſubiectam his contrarijs que ſunt ſpiſſum ⁊ rarum vel vacuum ⁊ plenum: tunc enim ſequitur ꝙ idem elementuʒ mouetur ſurſum ⁊ deorſum: ⁊ hoc non poteſt eſſe ſm naturam: ⁊ ideo oportet ꝙ ſit ſm violentiam: nec eſt euadere aliquo modo ex dictis inconuenientibus ei qui ponunt vnam materiam in forma eſſe elementi ſubiecta his cōtrarijs que diuerſificāt corpora prima que nos vocamus elemēta: ⁊ ideo oportet ꝙ nos dicamus materiam primā non in forma elementi eſſe ante elementa per naturam: ⁊ non per eſſe: ſed poſtꝙ̄ illa materia acceperit eſſe elementi per formam elementalem: tunc ad elementum ſimplex eſt ꝙ fertur ſurſum ⁊ aliud qđ fertur deorſuʒ per virtutes que ſunt in ipſis quaruʒ vna eſt grauitas ⁊ altera leuitas: ita ꝙ ille forme ſimplices ſunt priorum corporum ſimplicium: iſti ergo ſunt ſermones ⁊ ſimiles quos attulerunt primi loquentes de graui ⁊ leui ⁊ ſm modum qui dictus eſt retulerunt cauſam grauis ⁊ leuis.

¶ Sequitur Tractatus Secundus Quarti Libri.

¶ Tractatus Secundus Quarti Libri de Celo ⁊ Mundo qui eſt de graui ⁊ leui ſm veritatem.

¶ Cap. pᵐ. De ordine dicendorum eorū: ⁊ quare quedam mouentur ſurſum quedam deorſuʒ qđ eſt principium conſiderationis grauium ⁊ leuium.

NUmeratis talr opinionibus ⁊ oſtēſis incōuenientibus que accidūt eis trāſeūduʒ eſt ad loquēduʒ de graui ⁊ leui ſm opinionē noſtrā. Intendamus igit diſtinguere vtrūqʒ ipſorum per verā ipſorū diffinitionē ⁊ facere de vtroqʒ tractatū exquiſitum qui ſufficiēs ſit ad ſciēdū naturas ⁊ opa ⁊ paſſiōes ipſorum: ſed qa pncipiū cognoſcēdi virtutes mouētes eſt ab operatiōibꝰ ipſorum quo ad nos: ideo videtur nobis pmo eſſe determinanda queſtio quā ingrūt multi de operationibꝰ iſtarum virtutū: ſunt eni quedā que tm̄ mouentur deorſuʒ ⁊ quedā que mouent ſurſum ⁊ deorſum ſm aliquē modū ſicut elemēta media: cognita eni cauſa huius motꝰ cognoſcemus leue ſimplr ⁊ ſimplr graue ⁊ leue cōparatum ⁊ graue cōparatū: ⁊ per ꝯñs naturaʒ ſciemus elntorum ex iſtarum virtutum quadruplici diuerſitate ſm ꝙ cognoſcibilis eſt in ſcia iſtius libri poſt determinationem: igit huius queſtionis dicēdū erit de graui ⁊ leui: ita ꝙ vtrūqʒ determinandum erit per ꝓpriam eius diffinitionē ⁊ declaranda ſunt ꝓpria ipſorum accidētia que ſunt veſtigia quedam cognitionis ipſorum: ⁊ qua de cā vnūquodqʒ ipſorum accidit elementis ⁊ hijs que cōponuntur ex elntis. Ad qōnē illaʒ ergo qua queritur quare quedā corporum primorum mouent ſurſum ⁊ quedā deorſum dicemus rñdentes pmo ex cauſa finali que eſt vera rei perfectio materie ꝙ cauſa eſt qa loca illa ad que mouētur corpora ſimplicia ſunt perfectiōes ipſorum: cū eni vnūquodqʒ moueat ad perfectionē que conuenit ſibi: opʒ ꝙ mobile ſm nām etiā ad locū quem aptitudie nature deſiderat ſicut ad finem perficientē moueatur: ſed tamē ſciendū eſt multiplicem eſſe perfectionē. Perficit enim forma ⁊ perficit actus ſiue actio forme: forma quedā perficit ſicut finis eius que eſt in potentia: operatio aūt que eſt finis forme eſt ab ipſa ſicͣ a cauſa: ⁊ hoc modo perfectio eſt motus eius qđ mouetur aliquo modo: vel forte verius eſt qr eſt perfectio iperfecta que eſt via in perfectione: forma aūt perfectio eſt ſimplex ⁊ aliqñ eſt perfectio ſola ⁊ aliquando cū accñtibus ſibi inſeparabilr adiunctis ſola quedā eſt ipſa perfectio gñationis ⁊ gñati cū adiunctis autez ſibi accidētibus in ſubſtantialibꝰ eſt perfectio eius qđ mouetur ad locum a generante: qa quantū dat ei generans de ſua forma tantuʒ dat ei de accidentibus inſeparatis cōcomitantibus formaʒ que ſunt motus ⁊ locus: ⁊ huius exemplū dat Alpharabius in oleo lāpadis: ꝙ quātuʒ accipit de forma ignis tantū accipit de motu ⁊ loco ignis vſqʒ dum totuʒ euolat de lampade. ergo modo locus eſt finis eius qđ mouet ad locum: hoc aūt verificatur in exemplum aliorū motuum: ſicut enim eſt in generatione ⁊ alteratiōe ſic eſt in loci mutatione. Cum aūt ſint tres motus ſicut dictuʒ eſt in quinto phyſicorum. quorum vnus in quātitate: ſecūdus in forma qualitatis: ⁊ tertius in loco: generatio enim nō eſt motus ſed mutatio: tunc manifeſtū eſt ꝙ qđlibet iſtorum motuum eſt ex contrario in contrariū qđ eſt perfectio rei ⁊ forma ⁊ finis: ⁊ ſi eſt ad medium eſt ad ipſum: ſicut ad finem ⁊ ſicut ad contrariū eius ex quo eſt motus: non enim eſt motus ad motum: neqʒ ad qđcunqʒ aliud ſicut diximus in quinto phyſicorum: ſed ad id qđ eſt perfectio eius qđ eſt in potētia ⁊ finis: hoc aūt idem patet ex conſideratione mouentiū. Nō enim quecunqʒ mouent: ſed ſunt motores determinati qui per ſe mouent in quolibet motu ſicut in phyſicis determinatum eſt: in motu enim per ſe verum eſt ꝙ ſicut alterabile qđ mouetur in alteratione eſt preter augmētabile qđ augetur ⁊ diſtinctum ab eo: ita alterans per ſe diſtinctum eſt a per ſe agēte ⁊ taliter diſtiguere habemus in motu locali: qa nō oē mouēs localr mouet quocūqʒ motu locali. Si aūt hec ita ſe hñt ⁊ cōceſſuʒ fuerit ꝙ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ ſunt ꝯria in loco exñtia: tūc opʒ neceſſario ꝙ mouētia ad duo loca per ſe ſicut ad fines motuū ſuorum ſunt graue ⁊ leue pcipue cū id qđ p ſe mouet ſurſuʒ vel deorſuʒ: ⁊ id qđ eſt graue potētia vel leue po-

Tex.cō.21.

Tex.cō.22.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tĕtia: ex his enim neceſſario ſeqtur ꝙ motus elementorum
ad loca ſua eſt motꝰ ad formas ſuas ⁊ ad ſuos fines: qa idē
eſt motus ad formā ⁊ ad locū ſicut docuimus in. 8. phyſico/
rum: ⁊ idē eſt mouēs in ipſo cum id qđ mouetur per ſe eſt in
potētia ad locum: cū autē in potētia per accñs tunc non eſt
idem: ⁊ tūc etiam non indiget mouēte per ſe: ſed potius mo
uente qđ eſt remouens ꝓhibens ⁊ nunc idem mouet ⁊ mo/
ueť lꝫ non ẜm idem: qa leue vel graue inquantuꝫ eſt forma
quedā ⁊ inquantuꝫ eadem forma habet eſſe in mā ⁊ in hyle
moueť: ⁊ tunc mouens eſt motū per accidens ſicut ſupra di/
ximus quādo aliqd ſe mouet motu eius: qa mouet ſic nau/
ta mouet ſe motu nauis quā mouet: ⁊ hoc nō eſt ↄtra id qđ
in principio ſeptimi eſt determinatū: qa ſic non mouet con/
tinuū ſeipm nec pars mouet totum: ſed potius motor eſt di
ſtinctus a mobili non qdem per ſubiectū ⁊ eſſe ſed per eſſen/
tiam ⁊ diffōnē: hec aūt omnia manifeſta ſunt ex predictis.
Scđꝫ hūc igitur modū qui dictus eſt de motu locali qui ad
ſuum locū eſt ſicut ad finem ⁊ ad ſuū ſimile ⁊ ad ſimile eiꝰ qđ
mouet intelligendū eſt id qđ antiqui philoſophi dixerūt: ꝙ
ſcilicet ſimile tendit ad ſuū ſimile in motu ſuo: qa id qđ deſi
derat aliud non deſiderat ipm niſi per hoc ꝙ ſimilitudineꝫ
habet cū ipſo: contrariū quippe fugit contrariū ⁊ corrumpit
ipm ⁊ non intelligiť ſic ꝙ totuꝫ moueať ad totū vel pars ad
totū ſicut quidam errantes dixerūt: non enim terra moueť
ad terram in quocunqꝫ loco fuerit: ſi enim poneretť terra in
orbe lune ⁊ eſſet aliqua eius pars inferius: pars nō mouere
tur ad totū ſed totū potius ad partem eo ꝙ forma extra ſuū
vbi non eſt completū in eo qđ non eſt coniūctum in loco ſuo
naturali qui eſt vnū de accidentibꝰ inſeparabilibꝰ forme per
fecte: ⁊ ideo moueretť tunc terra inferius vbi inueniet perfe
ctionem finis completā que eſt in loco forme tali debito: ſilr
autē eſt in igne vt generaliter loquať in omni toto ⁊ ꝑte que
non habent ẜm nām diuerſum motū: ſed potius vnicum: ⁊
hoc quotieſcūqꝫ totū ⁊ pars ſunt homogenea ẜm naturam:
tunc enim ẜm modū dictū pars mouetur ad locum totius
Tex. cō. 23. ⁊ econuerſo. Amplius autem hoc ipm ⁊ aliter poſſumus de
monſtrare: qa enim orizon eſt continēs ea que moueňť ſur/
ſum: ⁊ ſimiliter medium qđ eſt ſpatiū inter ſuperficieꝫ aque
continens eſt omnia que moueňť ſimpliciter deorſum ⁊ con
tinere eſt actus forme erit locus aliquid ſimile forme: vtrū/
qꝫ enim contineť ⁊ ad vtrūqꝫ eſt motus eius qđ eſt in poten
tia preterqꝫ vnum continet extra ⁊ alterum intra: ⁊ ſic opor
tet ꝙ aliqua pars vltimi ſuperius ⁊ aliqua medij inferiꝰ eſt
ſicut forma rei: dico aūt aliqua pars vltimi ſuperius ꝓpter
hoc ꝙ non totū continens corpus eſt forma ſed potius for/
me contrariū: ſed potius ſuperficies vltima que includit et
tangit id qđ locatū eſt in ipſa ⁊ eadem ſuperficies adhuc nō
eſt ſimile per hoc ꝙ eſt ſuperficies corporis continentis ſed
potius per hoc ꝙ eſt terminus locati exterioris: illa eniꝫ ſu/
Nō qño locꝰ ē ↄſeruatiuꝰ locati. perficies ſi referretur ad id cuius eſt ſuperficies habet for/
mam contrariam locato que forte corrūpit locatū: ſi aūt re/
ferať ad diſtantiam loci cuius ipſa eſt terminus ẜm qđ eſt
locus habet in ſe proprietates ⁊ vires perficientes ⁊ conſer/
uantes ⁊ continentes locatū: ⁊ ſi forte aliqua pars alteriꝰ cor
poris moueať infra ipſam corrūpereť hoc modo: orizon eni
eſt locus ignis: ⁊ mediū mūdi eſt locus terre ſicut diximus
in quarto phyſicoꝝ. ſi autem locus ad quem eſt motꝰ ſimile
per naturam ſicut forma dans eſſe: qa id qđ eſt in potentia
habitata adhuc eſt ſimile illi ad qđ eſt ⁊ per illam ſimilitu/
dinē mouetur ad ipm: ſic ergo iterū conſtat ad id qđ per ſe
mouetur ad locum mouetur ad ipſum ſicut ad ſimile ⁊ ſicut
ad formam in locis extremis: in medijs aūt idem eſt oīno:
aqua enim per hoc ꝙ locať in aeris vltima ſuperficie ſilitu/
dinem habet cū illo ⁊ aer cū vltima ignis ſuperficie que eſt
concauum ignis ⁊ ſimiliter eſt deſcendendo: quia aer hoc
modo ſimilis eſt aque ſicut locatum locato: ⁊ aqua ſimilis
terre ſed habens modum ſimilitudinis adinuicem ſic non
habet ignis ⁊ terra ſed diſtant ſicut forma ⁊ materia: cum
enim locus ſit in ſimilitudine forme erit locatū per oppoſitū
in ſimilitudinem materie: ⁊ ideo locatū moueť ad locū ſicut
materia ad formam ignis: igiť in numero elementoꝝ tm̄
locus exiſtens erit ſicut forma tm̄: ⁊ terra in corpore elemen
toꝝ tm̄ locatū exiſtens erit ſicut materia tm̄: nec erit ignis lo
co terre: ⁊ ideo terra non moueť ad ipſum niſi intelligať de
loco cōmuni non proprio ad quem etiam corpus locatū nō
moueť niſi gratia alicuius partis eius ſicut diximus glebaꝫ
moueri in celuꝫ: qa mouetur in terra que eſt in medio celi.
¶ Obijcit aūt Themiſtius hoc dicens ꝙ nō videť eē cau/ Obiectio Themiſtij.
ſa id qđ pro cauſa motus ad locum eſt aſſignatū: ſi quis eni
querat quare ſanabile ſanatur: ⁊ reſpondeatur qa aptuꝫ eſt
ſanari: vel qa aptum eſt moueri ad ſanitatem: nullam enim
omnino taliter reſpondendo reddit cauſaꝫ. ¶ Et hoc qdē Solutio
qđ oſtēdit Themiſtius verum eſt in compoſitis in quibus
multa ſunt mouentia ad ſanitatem ⁊ multi modi ſanatiōis
ſed in ſimplicibꝰ perfecta reſpōſio eſt: qa in illis mouens nō
eſt niſi vnū ⁊ vnicuꝫ habet finem: ⁊ ille reddiť per aptitudi/
nem mouentis vel mobilis quando conuertiť: quare graue
moueť deorſum ⁊ reſpondeť qa natum ſit moueri ad hūc ſi
nem: cum enim ſit principiū in ordine illo non habet ante ſe
aliud per qđ certificať: ⁊ ſic incōueniens eſt in primis ſimpli
cibꝰ motis ad locū reſponſio inducta ad qōneꝫ ꝑdictam.

¶ Cap. xᵐ. De conuenientia ⁊ differētia motus localis ſim/
plicium corporum ad motus alios.

Ex predictis aūt patet conuenientia ⁊ differētia Tex. cō. 24.
motus localis elementoꝝ ad alios motus: qm̄
querit quare leue mouetur ſurſum ⁊ graue de
orſuꝫ: ſimilis eſt ei qui querit quare ſanandus
ſanať ⁊ non alterať: dicimus enim ad hoc ſicut
prius ꝙ omnis res mouetur ad perfectionem
ſibi conuenientem: ⁊ ideo cū antiqui omnem motū altera/
tionem putauerūt dixerūt verum ꝙ omnis res ad conue/
niens ſibi ⁊ ſimile ⁊ perfectum alterať ⁊ non aliam: ſicut ver
bi gratia ſi accipiatur augmentabile per ſe: hic enim altera
bitur ad magnitudinem ⁊ longitudinem qui terminus eſt
ſue quantitatis ẜm naturam: ⁊ non ad aliud: ⁊ in hoc aliud
conueniūt res mote omnes qđ omnis motꝰ alteratio ab an
tiquis vocatur: qa lꝫ alie ſunt que alterańť ẜm rationem et
genus quantitatis: ⁊ alie que ẜm genus ⁊ formam alterańť
qualitatis: ⁊ alie que alterańť per conſequens vbi ⁊ loci: ta/
men ẜm qđ dictum eſt: omnes conueniūt in hoc ꝙ alteran/
tur ad conueniens qđ eſt finis eorum ⁊ aliquid qđ aliquod
ſimile forme per naturam: ⁊ in loco id qđ alterať localr̄ hoc
modo qđ eſt leue alterať ad ſurſum ⁊ qđ graue eſt alteratur
ad deorſum ſicut ad finem conuenientem ſibi per naturaꝫ.
Cū aūt in hoc conueniāt omnes motus differūt tamē oēs
motus alij a motu locali recto ſimplicium corporum: qa mo
tu locali recto ſimplicium eſt principium motus ex ſeipſo ⁊
de intus ſicut mouens eſt graue ⁊ ſicut mouēs eſt leue: ſicut
enim diximus in precedentibus in hijs quando ſunt actu
non mouentur niſi ſint extra locum violenter: ⁊ tunc non ha
bent mouens extra niſi hoc ꝙ remoueat prohibens: ſed ta/ Nō verā ſen/
men id qđ eſt graue tendit ad locum per mouentem formā tētiam docto
grauis ⁊ leuis que ſunt in ipſo graui ⁊ leui: quando auteꝫ in ris de motu
potentia ad locuꝫ per ſe: tunc habet extra mouens generās grauiū ⁊ leui
⁊ id non mouet niſi dando formaꝫ grauis ⁊ leuis tm̄: ⁊ quā/ um. vide Cō
tum largitur de forma grauis ⁊ leuis tantum largitur de mentatorē. 3.
motu: ⁊ tunc iterum proxime mouens eſt forma grauis ⁊ le celi. ꝯ. 28. ⁊. 8
uis data a generante: ⁊ ſic eſt iterū intrinſecum ei ꝙ moueť phy. 32.
id qđ mouet ſurſum vel deorſum ſicut patet ex hijs que ſe/
pius dicta ſunt: in motibꝰ autē alijs non eſt ita ꝙ in illis mo
uens non de intus in eo qđ modo ſed de foris ſicut eſt in eo
qđ ſanatur ⁊ in eo qđ augeť: lꝫ enim aliquis quandoqꝫ ſane
tur per nām ſine medico vel aliquo mouente: extrinſecꝰ ta/
men in talibus ſanans membrū non eſt intraneuꝫ membro
ſanato: ſed potius eſt ſanans cor: ⁊ ſanatum eſt aliud mem/
brum cuius cor nulla pars vel forma eſt. Et ſimiliter eſt in
augmento: quia lꝫ aliquod aliud ſit ſibi intraneum: tamen
augens proprie qđ eſt cibus nec eſt pars nec eſt forma mem
bri aucti ẜm ꝙ augeť per ipm: ſed potius aduenit ei extrin
ſecus ita ꝙ lꝫ non ſit extrinſecū animali: eſt tamen extrinſe/
cum membro qđ augetur per ipſum: per hoc etiam patet ſo
lutio ſophiſtarum que hic poſſunt obijci contra ea que dici
mus ẜm hec que dicta ſunt ea que alterantur ⁊ augeňť per/
mutańť ex ſeipſis: hoc eſt eſſentialiter cum paruo motu ali/
cuius mouentis extra ipſa exiſtentis: ita ꝙ vnuꝫ ſuſcipit ſa
nitatem ⁊ alterum nutrimentum debitum ẜm naturaꝫ ⁊ ſi/
ne illo extrinſeco mouente nō mouetur aliquo modo: ⁊ hoc
cognoſcere poſſumus in hoc ꝙ res vna ⁊ eadeꝫ recipit ſani/
tatem

tatem ꝛ infirmitatem cũ tamen non poſſit intelligi ꝙ vna ꝛ
eadem res moueat ſe ad vtrunqꝫ iſtorum: qa ſm hoc idem
eſſentialiter moueret ad contraria ſi eſt modo: ſicut ſanan-
da ab infirmitate non recipit ſanitatez: ꝛ ſi mouetur ſicut in
firmanda ſanitatem: tunc recipit infirmitatem ꝛ cũ non poſ
ſit idem eſſe ſanans ꝛ infirmitatem faciens ſm formaz opor
tet ꝙ mouens ad vtrunqꝫ iſtorum ſit extrinſecum ei qđ mo
uetur: in graui aũt ꝛ leui nullo modo ſimiliter eſt in eis prin
cipium mouens ꝛ manifeſtius ꝙ̃ in alijs motibus eo ꝙ eſt
intrinſecũ: ꝛ huius quedam cauſa eſt: qa in hoc eſt materia
ꝛ potentia grauis ꝛ leuis propinquiſſima eſt ſubſtantie per-
fecte grauis ꝛ leuis: graue enim ꝛ leue generant̃ cum ſubſtã
tia: qa ignis ꝛ terra non habent aliam generationem dantẽ
grauitatem ꝛ leuitatem ꝙ̃ illam que dat eis perfectionem
ꝛ ſubſtantiam: ꝛ ideo hyle ꝛ potentia grauis eſt hyle potẽtia
terre ꝛ ſm tempus que non antecedit vna aliã ꝛ ſm eẽ ſunt
propinquiſſime: quia materia in ſubſtãtia eſt via in accidẽ-
tia inſeparabilia coniuncta illi ſubſtantie ꝛ ſignuz illius eſt
motus leuis ꝛ grauis qui ſtatim cuz ſubſtantia incipiẽte in-
cipit ſine aliquo interuallo temporis: motus eniz localis eſt
rerum perfectarum ſm ſubſtantiaz: ꝛ ideo quantũ ineſt de
ſubſtãtia tãtũ ineſt de mouente ſm locum: ꝛ de ipſa loci mu
tatione: cũ enim motus localis in omnibꝰ generatis eſt vlti
mus eo ꝙ conſequitur ſubſtantiam oportet neceſſario ꝙ
ipſe ſm ſubſtantie rationem ſit primus ꝛ proximus ſubſtan
tie: ita ꝙ inter ſubſtantiam ꝛ mouens ſm locum ꝛ motũ ipz
non eſt medium: ꝛ qa iſta ſint coniũcta ſicut non potuit mo-
tus localis habere mouens extraneum ſed intraneum: alia
etiam accidentia que accipiuntur per alteratiõẽ ꝛ augmẽ
tum non ſunt ita propinqua ſubſtãtie: ꝛ ideo oportet ꝙ ha-
beat mouens extraneum extra ſubſtantiam mobilis: nõ ſic
tamen eſt de motu proceſſiuo qui eſt ab anima ſicut eſt alibi
dictum: iſta ergo eſt conuenientia ꝛ differentia motus ſꝫ lo
cum naturalem ad alios motus qui ſunt alteratio ꝛ augmẽ
tum: ex dictis autem non ſequitur ꝙ idem moueat ſeipſum
eſſentialiter: ꝛ ꝙ idem ſit mouens ꝛ motum ſicut male dixit
Plato lꝫ mouens enim totum ſit idem mobili toto: tamen
differt per eſſentiam ꝛ diffinitionez ſicut ſuperius diximus:
ꝛ ideo non idem mouet ſe per ſe ſed per accidens. Cõtra au
tẽ que dicta ſũt opponit Joãnes ſophiſta. d. ꝙ ſi ita eſt ꝙ for
ma leuis ꝛ grauis datur cuz ſubſtantia grauis ꝛ leuis ꝛ mo
tus localis abſqꝫ interuallo temporis coniungitur his duo-
bus: ꝛ tunc in his que generantur inuenitur actus quez nõ
precedit potentia ſm tempus: quoniaz motum ſm locuz nõ
precedit potentia ad motum in eodem mobili ſed motꝰ con
comitatur potentiam: ꝛ hoc eſt contra Ariſto. in. 9. p̃me phi
loſophie vbi dicit ꝙ potentia tempore precedit actu in eo-
dem generabili. Sed ad hoc dicendum ꝙ abſqꝫ dubio po-
tentia motus ſurſum non precedit motum ſurſum in eodez
ſm formam ſed in eodem ſm materiaz: vnde non precedit
motum ſurſum in igne ſed in ſolo elemento ex quo generat̃
ignis. Similiter potentia motus deorſum non precedit mo
tum deorſuz in terra: ſed in eo in quo ſit terra: ꝛ ſic ſoluitur
ſophiſma Joannis.

Joãnis grã matici ſophi ſma. vide Cõ mentatorem hic cõ. 24. ꝛ 8. phy. cõ. 4. 3.

Cap. 3m. De cauſa efficiente motus grauis ꝛ leuis.

Tex. cõ. 25.

Ea que dicta ſunt magis apparebũt ſi quaſi ad
propoſitũ reuertentes ꝯſideremus non tm̃ cau-
ſam finalem: ſed etiam cãm eſſentialem motꝰ
grauis ꝛ leuis: videmus enim oculis ꝙ aqua
quando permutat̃ per generans ad formã ae
ris ꝙ tũc etiam permutat̃ ex forma grauis ad
formam leuis ꝛ cum illo continue eleuatur ſurſum ꝛ dicitur
eſſe leuis: ꝛ eſt ſm rei veritatem non qdem anteꝙ̃ eleuetur
ſurſum: ſed ſit leuis eleuando ſurſuz ꝛ eſt leuis quando eſt
ſurſum: ſi autem hec ita ſe habent: manifeſtum eſt ꝙ aqua
primo eſt potentia leuis: deinde a generante ipſaz in forma
aeris permutatur vſqꝫ quo ſit actu leuis: ꝛ tũc eſt ſurſum: et
ideo ſurſum eſſe non ſequitur formam leuis tempore ſed or
dine cauſe: vnde etiã mouetur tantum in locuz ſurſuz quã-
tum habet de forma leuis ſm menſuram ꝛ qualitatem for-
me leuis ꝛ grauis aſcendit altius vel deſcẽdit profundius:
ſic ergo patet ꝙ omne qđ ſic mouetur ſm locum mouetur a
generante: ſicut a mouente primo ꝛ eſſentialiter: hec igitur
cauſa motus terre ꝛ aque ꝛ ceterorum elementoruz natura-
lium motorum ad ſua loca quando nihil fuit prohibẽs ipſa
ſi ſunt in potentia ꝛ motu ad locum eſſentialiter ꝛ per ſe: cũ
autem habent aliquid prohibens tunc non indigent mo-
uente per ſe: ſed per accidens qđ ſit remouens impedimen
tum: ꝛ hoc quidem in ſimili videre poſſumus: quoniã quã-
do per nutrimentum ſanans mouetur ad ſanitatem idẽ mo
uens dat formam nutrimenti membro nutrito ꝛ cuz hoc ac
cidens ꝙ conſequitur nutrimentum qđ eſt ſanitas ꝛ vnum
non dat ante ꝛ reliquum poſt: ꝛ ideo in forma nutrimenti ꝛ
ſanitati tali non indiget niſi vno motore niſi aliquod ſit pro
hibens: ꝛ ſi aliquod ſit prohibens ſanitatez non indiget niſi
remouente prohibens illud quod eſt mouens per accidẽs:
ꝛ tunc nutrietur ꝛ ſaluabitur. Sed tamen eſt differentia in-
ter prohibens in motu locali ꝛ prohibens in motu nutrimẽ
ti conferentis ſanitatem: quia in motu locali aliquod eſt ꝓ
hibens accidens qđ datur cuz forma ſicut motum ꝛ locum
qđ non prohibet formam dantem grauitatem ei qđ moue-
bitur: ſicut patet in eo qđ prohibet lapidem deſcẽdere ꝛ nõ
prohibet ipſum a conſecutione grauitatis: ſed motum ſani
tatis collate per nutrimentum non poteſt aliquod prohibe-
re niſi prohibeat vnum cum altero. Eſt tamen ſimile in hoc
ꝙ in vtroqꝫ motu ab eodem mouẽte eſt forma ꝛ accidẽs cõ-
iunctum forme: ſic enim omne qđ mouetur non mouetur a
ſeipſo vt a primo motore: ſed potius a generante ipſum per
ſe ꝛ ab eo qđ reſiſtit ei prohibenti motũ eius ꝛ remouet ipm
a preſentia eius: mouetur autez etiam ab eo aliquando per
accidens qđ intendit contrarium eius ſicut dicimus ꝙ intẽ
ſum frigidum expellit calidum aliquando: ſed de tali mouẽ
te non loquimur hic: ſed potius de generante ꝛ ſirmante eẽ
eius qđ mouetur ſicut diximus in ſcientia libri phyſicorum
qui precedunt libros iſtos ſm ordinem ſcientie naturalis.
In octauo enim phyſicoꝝ. z. determiamus ꝙ vnumquod-
qꝫ corporuz mobilium habet motum a quo non mouet̃ ni-
ſi ab alio a ſe dicto donec perueniatur ad mouens primum
qđ nullo modo mouetur: mouens eniz aliud eſt a mobili eẽ
ꝛ diffinitione vel diffinitione tm̃: ſic igitur determinatuz eſt
iam ſufficienter cauſa efficiens ꝛ etiam finalis motꝰ omnis
eius qđ mouetur ſm naturam: ꝛ que ſit intẽtio vniuſcuiuſ-
qꝫ elementorum in motu quo mouetur ad locum ſuuz: quo-
niam intentio ſua non eſt niſi aſſimilatio ſui ad ſuam perfe
ctionem que debetur ei ſm naturam.

Cap. 4m. De diffinitiõibus ſimpliciter grauis ꝛ leuis vel
per comparationem dictorum.

Tex. cõ. 26.

Quia ergo de cauſis motus localis ſufficienter
habitum eſt: nunc conſequenter loquendũ eſt
de diffinitionibus leuis ꝛ grauis ꝛ de acciden-
tibus que accidunt vtriſqꝫ ꝛ de cauſis acciden
tiuz. Incipiemus ergo in primis ꝛ differemus
graue ꝛ leue diffinitiõe manifeſta quo ad nos
ad viſum. Dicimus ergo ꝙ graue abſolute acceptum: ꝛ ſi-
militer eſt ꝙ ſubſidet quieſcendo ſub omnibus vniuſr cor-
poribus. Leue aũt abſolute ꝛ ſimpliciter acceptuz eſt qđ na
tat quieſcendo ſuper omnia generaliter corpora que rectuz
habent motũ abſolute ꝛ ſimpliciter dicta ĩtelligo grauia vel
leuia ea que ſm totũ genus ſuũ ſunt grauia ꝛ leuia ꝛ in cõ-
paratione ad omnia ꝛ talia ſunt ea que nõ ſimul habent le-
uitatem ꝛ grauitatem ſm comparationez ad diuerſa corpo
ra ſicut media habent elementa. Cum autez in prehabitis
in primo iſtius tractatus capitulo diffinierimus graue ꝛ le-
ue per motꝰ ſuos: ꝛ hic differamus ea per ſuas contrarieta-
tes reputamus iſtas diffinitiones veritati propinqores ꝙ̃
alias propter duas cauſas quarum vna eſt: quia actu gra-
ue ꝛ actu leue non mouentur niſi per violentiam qua remo-
uentur a locis ſuis: quietes autem ipſorum in locis ſuis nul
lam habent ante ſe violentiam. Secunda autem cauſa eſt:
quia ſicut diximus in quinto phyſicorum. lꝫ quies ſit priua-
tio motus: tamen res in qua quieſcitur eſt finis motꝰ ꝛ eius
qđ mouetur: ꝛ ideo diffinitio data per motuz quietis eſt da
ta per finem perficientem que eſt cõuenientior diffinitio ꝙ̃
illa que datur per motuz qui eſt actus imperfectus ꝛ rei im-
perfecte vt in tertio phyſicorum oſtenſum eſt. Cum autem
diffinimus has duas quietes vel virtutes per quietes vel
per motus oportet ꝙ effectus vel operationes haruz virtu
tum ſumantur pro differentijs complentibus eas eo ꝙ no-

bis aliter differentie earum non manifeſtantur: ſic ergo diffinitis leui ⁊ graui ſimpliciter dictis dicemus ꝙ gratia exēpli ignis eſt ſemper leuis: qđ quidē probatur ex hoc ꝙ quecunqꝫ quantitas res vel pars eius accipiatur ſiue magna ſiue parua ſemper inuenit̃ moueri ſurſum ſi non fuerit aliud prohibens eam ⁊ econtrario. Dicimus terram eſſe graueꝫ ſimpliciter eo ꝙ quecunqꝫ quātitas ſiue pars eius accipiatur ſemper mouetur deorſuꝫ: ⁊ quanto maior eſt ignis tanto eſt velocior aſcendendo ſurſuꝫ: ⁊ quanto eſt minor ignis tanto tardior eſt mouēdo ſurſuꝫ: ⁊ ſimiliter eſt de terra per contrarium motuꝫ deorſum. Sic ergo diffinita ſint graue ⁊ leue abſolute ⁊ ſimpliciter accepta graue ⁊ leue per cōparationem dicta habent vtrāqꝫ iſtarum virtutuꝫ per comparationem diuerſam: non enim habent eas per cōparationem ſicut medij colores habent extremoꝝ formas: qa ſi ita eſſet tunc media elementa eſſent cōpoſita ex terra ⁊ igne: ſed hñt iſtas virtutes ſimplices non multiplicatas niſi per cōparationem ad elementa ſuperiora ⁊ inferiora: qa cōparatione ſuperiorum ſunt grauia: ⁊ cōparatione inferiorū ſunt leuia: cum tamen inclinatio eoꝝ ad motuꝫ ſit a virtute ſimplici nō compoſita: nec tamen intelligendū ꝙ virtutes eorum ſūt relationes que ſm totū eſſe ſuuꝫ ſint ad aliud: qa ſm hūc modum diſtinguerentur elementa per abſolutuꝫ ⁊ relatū: ⁊ nō per qualitates eiuſdem generis. Adhuc autem ſi ſic eēt tūc relatio eēt cauſa motus localis qđ falſuꝫ eſt oīno: ⁊ ideo ſciendū hꝫ has virtutes eſſe ſimplices qualitates in medijs elemētis: qđ probatur per hoc ꝙ ſunt vnius ſimplicis loci ſicut finis: qa aer mouetur ad locum concauū ignis qui eſt vnus locus ſimplex: ⁊ aqua mouet̃ ad concauuꝫ aeris qui eſt etiā locus ſimplex. Sed tunc queſtio incidit qualiter dicant̃ elementa eſſe media ⁊ virtutes eorum dicuntur virtutes medie. Et ad hoc dicendum ꝙ media ſunt ratione loci ⁊ quietis ⁊ motus ſui: ⁊ non ratione compoſitiōis alicuius: ⁊ tale mediuꝫ ſemper eſt ſimplex ⁊ non reſpicit extrema niſi per cōparationem: ⁊ hec eſt cauſa quare iſta elementa dicuntur leuia ⁊ grauia per comparationem: leue enim ⁊ graue dicitur de hijs per modum ⁊ modum: hoc eſt per diuerſos modos comparationis: qui modi non faciunt diuerſaꝫ rem ſed potius diuerſum modum comparationis ad extrema: videmus enim aliquod corpus ſimplex ſupernatans: qđ tamen eſt grauius igni qđ eſt aer: ⁊ non dicimus ipſum eſſe grauiꝰ igne: niſi qa quelibet eius pars ſiue ſit magna ſiue ſit parua ſubſidet ſub igne: ⁊ econuerſo videmus aliqđ ſimpliciuꝫ qđ ſubſidet: ⁊ tamen eſt leuius terra ſicut aqua cuiꝰ omnis ꝑs leuior eſt terra: ⁊ lꝫ iſta per comparationem grauia ⁊ leuia ſunt: dicūtur tamen reſpectu aliquorum ſimpliciter hoc eſt vniuerſaliter grauia: ⁊ reſpectu aliquorum vniuerſaliter leuia quando vnū comparatur alteri: aer eniꝫ in omnibꝰ partibus vniuerſaliter ſupernatat aque ⁊ ſic dicit̃ vniuerſal̃r leuis: qa omnis eius pars ſubſidet igni dicitur ad igneꝫ vniuerſaliter grauis. Similiter autem eſt de aqua quando cōparata fuit ad terram ex parte vna ⁊ ad aerem ex parte altera: ⁊ ideo aqua in comparatione plurium eſt grauis q̄ꝫ leuis: qa in igne ⁊ in aere ⁊ in ſe eſt grauis vt infra probatur: aer autem reſpectu plurium eſt leuis q̄ꝫ grauis: quia in aq̄ ⁊ in terra eſt vniuerſaliter leuis in ſe: eſt autem aliquo modo leuis. Sed in igne eſt ſimpliciter: hoc eſt vniuerſal̃r grauis: ſic ergo diffinita ⁊ diſtincta ſint ſimpl̃r graue ⁊ ſimpl̃r leue ⁊ ſm cōparationē graue: ⁊ ſm cōparationem leue.

Nō ꝙ mediuꝫ eſt duplex qđdā ꝑ cōpoſitionē ex extremis: ⁊ qđdā ꝑ comparationem.

Tex. cō. 27.

¶ Cap. 5^m. Qđ ex ſcientia ſimplicium corporum ſcit̃ cā grauitatis ⁊ leuitatis in compoſitis ⁊ ea que accidunt eis.

Tex. cō. 28.

Ic autem determinatis leuibus ⁊ grauibꝰ abſolute ⁊ per comparationem dictis facile inuenienus cauſas omnium accidentiū grauibus ⁊ leuibus quas antiqui per ſuas poſitiones inuenire non poterant ſicut in phyſicis oſtendimus: dicimus enim ꝙ quando grauitas ⁊ leuitas eſt in reliquibus corporibꝰ cōpoſitis oportet ꝙ accidat eis grauitas ⁊ leuitas a corporibꝰ primis que ſunt in ipſis: vt ſi queratur de corporibꝰ compoſitis in loco vno per naturam exiſtentibꝰ quorum vnum eſt grauius alio: ſicut grauiꝰ eſt aurum q̄ꝫ argentum: dicemus ꝙ componitur ex pluribꝰ partibus terreſtribus aurum q̄ꝫ argentū: ⁊ ſic per multitudinem ⁊ paucitatem rerum grauium ⁊ leuium cauſabimuſ grauitatem maiorem vel minorem in compoſitis: non eniꝫ diuerſificantur niſi quedam eorum aut leuibꝰ leuiora: ⁊ quedam ſunt alijs grauiora ꝓpter multitudinem ⁊ paucitatem que eſt in eis de corporibus primis que conſequūtur iſta cōpoſita in grauitate ⁊ leuitate: ſi igitur hec ita habent ꝙ ſi cōpoſitoꝝ quedam ſunt grauiora quedam leuiora propter corpora prima: tūc neceſſe eſt nobis vt determinemus corpora prima: corpora enim compoſita ſequūtur ea proculdubio eo ꝙ ſimplicia ſunt quoddam principium conſequendi cōpoſita: compoſitum enim cognoſcimus quando ſcimus ex quibus ⁊ qualibus ⁊ qđ ex componentibꝰ: ⁊ ita debuiſſent ꝓcedere auctores vacui: quando eniꝫ vacuum ⁊ plenum dixerunt eſſe cauſam leuis ⁊ grauis: tunc fuiſſet conueniens vt predeterminaſſent ſimplex vacuum ⁊ ſimplex plenum vt ſcientia illoruꝫ eſſet via ad habendam cognitionem de graui ⁊ leui. Hijs autē ſic determinatis redeamus ad propoſituꝫ tangentes cauſas accidentiuꝫ grauis ⁊ leuis contrarie accepto ruꝫ in aqua ⁊ aere. Dicamus ergo in primis qđ etiā mirabilius videtur ⁊ deſiderabilius ad ſcienduꝫ inter oēs effectus grauis: ⁊ leuis ꝙ nulli corpoꝝ compoſitoꝝ ipſoruꝫ in quibus abūdat aeritas accidit in loco omni eſſe grauia vel leuia ſicut nec aeri: hoc autē contingit ꝓpter naturā ⁊ diſpoſitionem corporuꝫ primoꝝ ex quibus cōpoſita conſiſtunt ſm naturam: huius aūt exemplum eſt in eo: qa videt̃ mirabile omnibus ꝙ lignū trium librāruꝫ in loco aeris inuenit̃ grauius q̄ꝫ plūbum duarum librarum eo ꝙ vehementius deſcendit q̄ꝫ plumbū in loco aeris: ⁊ in loco aque eſt leuius q̄ꝫ plumbū eo ꝙ in aqua nō deſcēdit. Cauſa autē huius eſſentialis vera eſt: qa omne corpus ſimplex eſt graue ꝑter igneꝫ ſolum: ſicut ⁊ omne corpꝰ ſimplex eſt leue preter terrā ſolum. Cū igitur in loco aeris comparatur lignū plumbi componitur lignū ex tribus grauibꝰ hoc eſt aere aqua ⁊ terra: ⁊ ideo ſi ponamus terre partes ⁊ aque equales eſſe in plumbo ⁊ ligno: ſed aeris partes multum abundare in ligno: dico adhuc lignum tale in loco aeris eſſe grauius plumbo tanto eo ꝙ aeris partes abundantes in grauitate addunt ſuper plūbum: in aqua autem natabit lignum eo ꝙ aer lꝫ in loco ſuo ſit grauis: tamen eſt leuis in aqua: qa vincit ſuper ꝑtes terre ⁊ aque: ⁊ ideo cogitat natare lignum magnum vbi mergitur plūbum paruum: terra enim proculdubio eſt grauis ⁊ omne compoſituꝫ in quo terre partes abūdant graue eſt oībus locis: aqua aūt grauis eſt in omnibꝰ locis niſi in terra: qa natat aqua ſuper terram: aer eniꝫ grauis eſt in igne ⁊ in loco ꝓprio: ⁊ aer qui eſt i aqua ⁊ terra eſt leuis ſuper iſta elementa ⁊ natat ſuper ea. ¶ Themiſtius aūt ⁊ qdam ſui ſeq̄ces non cōſentiūt in ea que dicta ſunt cōtendentes aereꝫ leuem eē in loco ſuo aliaꝫ aſſignantes cām quare lignum cētū libraruꝫ grauius eſt in aere plūbo duaꝝ librarum ⁊ in aqua eſt econuerſo: dicūt eni eſſe maioreꝫ terreſtreitateꝫ in tanto ligno q̄ꝫ in tanto plumbo: qa aeritas in loco aeris non impedit a motu inferius eo ꝙ aer mobilis eſt in eodē loco: in aq̄ autē non eſt mobilis niſi in ſuperius: ⁊ ideo īpedit ne mergat̃ lignum. ¶ Sed iſti non ſoluunt de eo ꝙ habet equales partes terre ⁊ aque cū plumbo ⁊ vincit in partibꝰ aeris: hoc enim grauius inuenitur q̄ꝫ plūbum: ſed forte illi negāt iſtđ: dicunt etiam iſti ꝙ contingit ſm hāc ſententiaꝫ corpora media per violentiam quieſcere in locis ſuis ex quo grauia ſūt in eis: ſed nos inferius huius ſolutionem dicemus in loco magis ꝓprio. Nunc autē inducemus probatiōes ad hoc ꝙ aer grauis. ſ. ſit in loco ſuo ⁊ ſimiliter aqua. Dico autem cōſtanter aſſerens omnia corpora in locis ſuis eſſe grauia preter ignem ſoluꝫ ⁊ in quibus ſuperabūdat ignis. ¶ Et idō affirmo aerem in loco ſuo eſſe grauem: ſignuꝫ autem ſenſibile hoc ꝓbans eſt ꝙ accipiatur vter ſubtilis corij ⁊ comprimat̃ ita ꝙ nihil in ipſo remaneat de aere: ⁊ ponderetur vel deriuatur deorſuꝫ: ⁊ ſi ponderat̃ obſeruetur velocitas bracchij libre qđ deſcēdit: poſtea extendat̃ vter ideꝫ donec ſit plenus aere vel vento aereo: ⁊ iteꝝ proijciat̃ ⁊ ponatur in bracchio libre dico ꝙ plenus velociꝰ deſcendit ꝓpter aerē attractuꝫ ⁊ plus ponderat: maior enim attractio aeris eſt in vtre pleno q̄ꝫ non pleno ⁊ ideo ponderat plus. Sed forte hoc experimentū credetur eſſe falſuꝫ: qa ſi vter inſuffletur ſpiritu hominis abſqꝫ dubio minus pōderabit vter plenus q̄ꝫ vacuꝰ: ⁊ ideo forte videbitur aer leuis: ſed nō eſt hoc ita quia ſpiritus

Tex. cō. 29.

Tex. cō. 30.

Opio Themiſtij ꝯ Ar. vide Cōmētatorē hic cō. 30.

Impugnatio

Nō ſignū ſēſibile q̄ oñdit aereꝫ ī ꝓpria ſpera grauitare.

ritus hominis calidus eſt ⁊ agit in ipſum calor corporis ho
minis: ⁊ ideo calor eleuat aerem: ⁊ per conſequens vtrē ⁊ fa
cit videre leuiorem: ⁊ ſimiliter facit ventus calidus ⁊ aer ca
lidus in quo ſol diu proiicit radios ſuos: ſ3 debet accipi aer
in propria ſua diſpoſitione: tunc enim neceſſario grauitatē
fert vtri pleno qđ ſic probatur: in aerem enim ꝯſtat fieri mo
tum violentum eo ꝙ ipſe eſt leuis ⁊ grauis: ⁊ ideo accipit i-
petum ſurſum ⁊ deorſum ſed fortius ⁊ facilius accipit impe
tum deorſum ꝙ̄ ſurſum ⁊ velocius mouet deorſū ꝙ̄ ſurſū
ergo in loco ſuo abundat grauitas eius ſuper leuitatē: ipſi⁹
ergo corpori in quo eſt aeritas affert ipſe aer in loco ſuo gra
Rñō ad ide3. uitatem. ¶ Hoc autem adhuc ⁊ aliter probatur quia nō eſt
dubium aerem in igne eſſe graue3 ſed ſimpliciter: quia oēs
partes eius magne ⁊ parue graues ſunt in igne: in aqua au
tem ⁊ in terra conſtat ipſū leue ſimpliciter: quia omnes ei⁹
partes ſupernatant aque ⁊ terre: ergo in loco ꝓprio qui me
dius eſt inter vtrūq3 erit habens leuitatem ⁊ grauitatē: ſed
in loco proprio mouetur ad aquam ⁊ terram vt infra oſten-
detur ⁊ non ad ignem: ergo l3 in loco proprio habeat leuita-
tem ⁊ grauitatem: ſequitur tamen grauitatem in motu ad
inferiora: ergo grauitas in eo vincit leuitatem: ⁊ ſic conſtat
propoſitum: ſi ergo hec ita ſe habent: tunc manifeſtum eſt ⁊
clarum ꝙ omne compoſitum in quo abundat aer ſup aquā
⁊ terram poſſibile eſt vt in aqua ſit leuius alia re: que tamē
in aeris loco grauior eſt ipſa ſicut diximus de plumbo ⁊ li-
gno: talis enim res non natat ſuper aerem ſed natat ſuper
aquam: ſic ergo oſtenſū eſt per ea que dicta ſunt ꝙ leue ab
ſolute ſemper mouetur ſurſum ⁊ graue abſolutum ſemper
mouetur deorſum: hoc enim ſignificat leue abſolutū ⁊ gra-
ue abſolutum quando non eſt qđ prohibeat ipſum a motu
ſuo eſſentiali: in hijs enim virtutibus etiam per ſenſum in
uenimus eſſe corpora prima: ⁊ ideo non eſt verum qđ opi-
nabantur quidam omnia corpora eſſe grauiora ⁊ non ſuſci-
pere leuitatem niſi per comparationem.

¶ Cap̄. 6ᵐ. De natura leuis ⁊ grauis abſolute dictorū: ⁊ ꝙ
loca eorum ſunt determinata.

Tex. cō. 31. Rfdeamus autem ad dicendum accidentia le
uis ⁊ grauis abſolute dictorū: ſed anteꝙ̄ poſ-
ſimus ſcire accidentia leuis ⁊ grauis abſolute
oportet vt probemus adhuc eſſe leue abſolu-
tum: ad hoc autem inducamus ꝙ graue ab-
ſolutum ſemper intendit ad medium: hoc enī
quia oculis videtur omnes ſic eſſe confeſſi ſunt: ex hoc autē
per contrarium concedere oportet ꝙ ſit aliquid leue abſo-
lutum qđ ſemper intendit ſurſum in omnibus: ⁊ oportet ꝙ
Tex. cō. 32. conſequatur aliquem locum qui ſimpliciter eſt ſurſū. Nos
enim oculis videmus ꝙ omnia corpora terrena deſcendūt
ſubſiſtendo ſub omnibus: ſicut nuper ſuperius probatum
eſt: vnde mouentur deorſum quouſq3 conſequitur medium
qđ vnicum eſt determinatum: ſi enim non eſſet determina-
tum: tunc oporteret ꝙ graue moueretur ſuper lineam re-
ctam in infinitum: ⁊ tunc oporteret ꝙ omni graui inuenire-
tur aliquod corpus oppoſitum terre qđ in aere ⁊ aqua ⁊ ter
ra moueretur ſemper aſcendens vſq3quo ſit ſupra aerē: tūc
proculdubio ignis eſt corpus illud: quia aliud corpus nō vi
demus qđ aſcendit in omnibus tribus elementis mouebi-
tur: ergo vſq3 ad orizontem ⁊ ibi quieſcit: quia aliud indi-
cium non habemus ꝙ ignis ſit in orizonte niſi quia vide-
mus ꝙ vnum numero corpus non mouetur ⁊ quieſcit in eo
dem loco aeris conſtat ꝙ non quieſcit in eodem: ⁊ tūc aut
mouetur in infinitum: aut quieſcit vltra aerem: aut ille lo-
cus eſt vacuus ⁊ nuſꝙ̄ omnino habet locū ignis niſi per ac
cidens: conſtat autem ꝙ non mouetur in infinitum quia nō
eſt infinitum ſicut probatum eſt in tertio phyſicorum: ⁊ ſi eſ-
ſet aliquid infinitum non moueretur ad aliquid infinitum
ſicut probatum eſt in fine ſexti phyſicorum. ſimiliter autem
non poteſt eſſe ꝙ ille locus ſit vacuus eo ꝙ nihil eſt vacuū
nec poteſt eſſe ꝙ ignis in nullo loco ſit per ſe: quia ſi in nul-
lo loco eſſet per ſe: tunc in nullo loco eſſet per accidēs qđ eſ-
ſe non poteſt: cum enim ſit vnum de quatuor ſimplicib⁹ cor-
poribus: oportet neceſſario ꝙ ſit in loco aliquo per ſe ⁊ cum
ſit contrarium terre ⁊ hoc ſit deorſum ſub omnib⁹ alijs ſim
plicibus corporibus: oportet ꝙ ignis ſit ſurſū quieſcens ſu
per omnia alia ſimplicia corpora ⁊ mouetur tunc ſurſum ad
illum locum vſq3quo conſequatur orizonta: hoc enim pro-
bat de neceſſitate ratio inducta: de hoc l3 enim non habea-
mus teſtimonium ſenſus: ignis enim in proprio loco nō eſt
viſibilis: quia non accidit ei lucere niſi quādo egreditur de
loco ſuo proprio: ⁊ ideo dicit Alexander ꝙ ignis qui eſt apđ Vide Cōmē-
nos vocatur ignis non eſſe eiuſdem rationis cum igne qui tatorē hic. ɔ.
eſt in loco ſuo proprio nec eiuſdem effectus: hic enim eſt eo 32. ⁊. 2. cap̄ ꝺ
rum quaſi corruptiuus: ille autem generatiuus ſm ꝙ calor ſba orbis.
eius adiungitur radijs ſolis: quia ſolis proprium eſt moue
re ignem: ⁊ ideo vt inquit ille ignis opponitur aque ſimpli-
ci: hic autem qui eſt apud nos non aque opponitur: ſed ac-
cidenti aque qđ eſt congelatio: vnde etiam congelatio non
accidit aque ſimplici: ſed commixte egredienti de loco ſuo:
congelatio enim eſt conſtrictio humidi aque per frigus do-
minās: ⁊ ignis qui eſt apud nos qui non ſuſtentatur niſi in
humido aliquo eſt ebullitio humidi per dominantem calo
rem: huius etiam ſignum eſt ꝙ perſpicuū non lucet niſi quā
do fuerit ſpiſſum propter qđ etia3 lucens tegit corpora que
poſt ſe ſunt ne poſſint videri: ignis autē in proprio loco non
eſt ſpiſſus ſed rariſſimum corporum: dicemus autem plura
de hoc in alijs locis: ſed hoc ſufficit ꝙ ignem in proprio lo-
co non ſcimus eſſe per viſum ſed per motum ſurſum: ſi au-
tem hoc eſt ſm hoc: tunc manifeſtum eſt ꝙ non eſt ei aliqua
grauitas omnino: quonia3 ſi eſſet ei aliqua grauitas tūc re
ſideret ſub aliquo ſimplicium corporum: ⁊ illud corpus ſub
quo reſideret moueretur ad orizōta orbis lune: aut oporte
ret ꝙ iretur in infinitum ita ꝙ infinita eſſent corpora quo-
rum quodlibet eſſet leuius alio: ita ꝙ nullum eſſet leuiſſi-
mum ſimpliciter: ⁊ hoc iam dudum improbatum eſt. Nos
ergo cum non videamus corpus qđ ſimpliciter moueať ſur
ſum niſi ignis ſolus pronuntiamus ignem eſſe leuiſſimū cor
porum ⁊ quieſcere ſuper omnia corpora ſurſum que habent
motum rectum: ſi igitur hec ita ſe habent tunc igni nulla eſt
omnino grauitas ⁊ terre non eſt omnino leuitas cū ipſa ſit
quieſcens deorſum ſub omnibus corporibus ſimplicibus:
qđ autem quieſcit ſub omnibus mouetur ſimplici motu ad
medium qđ quidem medium determinatum ⁊ vnitum eſt
ad qđ omnia corpora habentia grauitatem mouentur ſicut
diximus multotiens: l3 autem ſepius demonſtratū hoc ſit
tamen bonum eſt hic adducere aliqua ſignificantia illud.
Qđ igitur medium mūdi ad qđ mouentur grauia ⁊ a quo Tex. cō. 33.
mouentur leuia ſit determinatum ⁊ finitum probatur mul-
tis ſignis quorum vnum eſt ꝙ motus localis rectus nullus
poteſt eſſe ad infinitū: quia id qđ non poteſt perfici per na-
turam in eſſe: ergo non poteſt incipere eſſe: ſed motus infini
tus non poteſt perfici per naturam in eſſe: ergo nō poteſt in-
cipere eſſe motus infinitus: ⁊ hoc modo id idē probauimus
in fine. 7. phyſicorum: ſed hic induximus illud vt ex motu
finito deorſum medium ad qđ eſt motus idem finitum eſſe
demonſtraretur: localis enim motus per locum finitum de
monſtratur eſſe finitus. Tranſlatio enī localis nihil aliud
eſt ꝙ̄ permutatio eius qđ mouetur de loco ad locū. Aliud
autem ſignificans idem eſt qđ ſi intelligamus duas ſuperfi
cies planas ſecantes ſperam mundi quarum vna ſecet ea3
in centro ⁊ polis: ⁊ altera ſecet in concauo orbis lune: vide-
bimus enim grauia motu ſuo deſcendere deorſum perpen-
diculariter ſuper ſuperficiem inferiorem in quocunq3 clima
te fuerimus ⁊ deſcribētia angulos rectos equales ſuper eā:
ea autem que ſunt leuia videmus motu ſurſum perpendicu
lariter inſidere ſuperficiei ſuperiori: ⁊ deſcribere angulos re-
ctos equales ſuper eam: vnde oportet ꝙ moueantur a ter-
ra aſcendendo: hoc autem non fieret ſi infinitum moueret:
equalitas enim angulorum in ſuperficie ſuperiori ⁊ inferio-
ri demonſtrat finitum ⁊ equale eſſe ſpatium ab inferiori ſur
ſum ⁊ a ſuperiori deorſum: ergo medium ad qđ grauia mo
uentur eſt finitum ⁊ orizon ſimiliter: medium autē illud aut
eſt medium mundi: aut medium terre: quia aut mediū mū
di differt ab eo ſm ſubiectum ⁊ locum ſicut ſupra in tertio li
bro precedentium dictum eſt. Redeuntes ergo ad propoſi- Tex. cō. 34.
tum dicamus ſi ita eſt ꝙ res eleuantur ſemper leues donec
conſequuntur orizonta vbi quieſcūt: ⁊ ex parte altera ſi res
graues ſemper deſcendunt donec conſequuntur mediū mū
di in quo quieſcunt: tunc maxime a ſe diſtant in genere loci
orizon ⁊ medium: oportet ergo ꝙ hec loca ſint ꝯtraria ⁊ ſunt

plus alijs contrarijs contraria cum maxime a ſe diſtēt ⁊ formarum diſtantia ⁊ ſubiectorum: cetera autē contraria nō diſtant niſi per formarum diſtantiam propter qđ etiam dicitur a quibuſdam rationem contrariorū ſm primā ⁊ principalem intentionem ſuam conuenire contrarijs in loco: et per poſterius eam dici de alijs contrarijs: de hoc autē querendum erit in prima phīa ſicut loca ſunt contraria: ita corpora locata in eis ſunt ꝯtraria: ⁊ ideo corpus aſcēdens ſemper per virtutem in loco contrarium eſt corpori deſcendenti ⁊ ſubſidenti ſemper per virtutem mouentem in loco: ſi autem hec ita ſe habent: tunc vere leue ⁊ graue purum que dictas virtutes habent ſimplices ⁊ ſimiliter habent: ſunt tñ duo corpora locata in extremis locis: differētie ſunt tñ due: cū autē alia leuia ⁊ grauia que non ſimplices ⁊ ſimpliciter habent leuitatem ⁊ grauitatē: oportet ꝙ alia loca que ſunt intermedia horum duorum locorū contrarietatē habentia ad vtrūq; horū duorum locorum cū fuerint comparata vtrūq; ad mediū mundi ſe habet vt orizon ad orizontē ſe habet vt mediū in quibus locatur graue ad aliquod: ⁊ leue ad aliquod que ſunt aer ⁊ aqua: hec enī media duo ſunt neceſſario: quia cū extrema diſtent maxime ſubiecto ⁊ forma non poteſt fieri medium vnum per mixtionem extremorum: oportet ergo ꝙ duo ſint quorum vnū vni vicinius ſit ⁊ alterum alteri vicinius ſit.

Nō quō ꝯrietas ī loco ē ꝓma vide Auerroiſ hic. c. 38

¶ Cap. 7m. De habitudine locorum adinuicem in rōne forme ⁊ materie vt ex hoc ſciatur numerus elementorum.

Tex. cō. 35.

Numerum autem iſtorum locorum ⁊ iſtorū elementorū ſubtiliter inuenire non poſſumus niſi oſtendamus iſtorum locorum habitudinem adinuicem: ad hoc autem oſtendendū ſūmamus propoſitionem ſatis notā: ꝙ. ſ. omne cōtinens ſe habet ad ſuum contentū in actu ⁊ ſimilitudine forme ⁊ omne contentum ſe habet ad ſuum continens in proprietate ⁊ ſimilitudine materie ⁊ referunť hec adinuicem per nobile ⁊ minus nobile ⁊ rationem perficientis ⁊ perfectibilis facti ſicut forma ⁊ materia: in omni enim predicamento ⁊ in omni modo dicta generatiōe ſm quid. ſ. ⁊ ſimpliciter in corporibus generabilibus hec habitudo inuenitur: quia. ſ. vnum ſe habet ad alterū ſicut actus ad potentiam: ⁊ ſicut forma ad materiam: in qualitate enim tam eſſentiali ꝙ̄ accidentali vnus quidem terminorum motus eſt in parte potentie ⁊ alter in parte actus: quia aliter nō fieret motus de vno in alterum. Similiter autem eſt in quantitate ꝙ vna eſt in parte materie ad alteram: ⁊ altera in parte forme: ſic ergo oportet eſſe in loco ꝙ vnus locus ſe habebit ad alterum ſicut forma ad materiam: ſed locus ſuperior cum ſit continens inferiorem habebit ſe in actu ⁊ ſimilitudinem forme ad inferiorem: ⁊ ideo continet ipſum ⁊ terminat ⁊ influit ei eſſe ⁊ alias nobilitates multas nihil omnino recipiens ab ipſo. In hac autem vnitate materie inueniuntur etiam locata in iſtis locis que ſunt graue ⁊ leue que referūtur adinuicem ſicut forma ⁊ materia: ⁊ hoc cognoſcere poſſumus ex eo ꝙ graue ⁊ leue ſint a locis cauſata ſicut ſuperiꝰ diximus ⁊ in prima philoſophia probauimus: quoniā ſm diſtantiam a celeſti corpore cauſať graue ⁊ leue: ergo qđ potentia eſt deorſum cū fuerit actu deorſū eſt graue: ⁊ qđ potentia eſt ſurſum cum fuerit actu ſurſum eſt leue: potētia autem ens ſurſum ⁊ potentia ens deorſum eſt idem per naturam: ergo graui ⁊ leui eſt materia vna ⁊ eadē per ſubiectū lʒ ſit differens in eſſe ⁊ ratione. Uerūtamen potētia ens ſurſum ⁊ potentia ens deorſum non eſt per hunc modum vnū: ſicut corpus vnum ⁊ potentia eſt ſanum ⁊ potentia eſt egrū: quoniam corpus qđ dicitur corpus potentia ſanū eſt ſuſceptibile ſanitatis per ſe ⁊ ſubſtātialiter ſicut finis ⁊ perfectionis: ſed quando dicitur potentia egrum non eſt ſuſceptibile egritudinis per ſe ſubſtantialiter: ſed accidentaliter ſicut eius qđ non intenditur: ⁊ ſicut corruptionis: ſed cū dicitur materia vna leuis ⁊ grauis que potētia eſt vtriq; eſt ipſa ſuſceptibilis vtriuſq; equaliter ſicut finis ⁊ perfectionis: quia aliter forme iſte non eſſent extremorum in loco ⁊ ſimpliciū corporum eque exiſtentium ſm naturam: vnde intentio corporis ad ſanitatem non eſt vna cum intentiōe eius ad egritudines: ſed vna quodāmodo eſt intentio materie ad graue ⁊ leue ſm rationem vtramq; formam deſiderat vt perfectionem ⁊ vt finem: loca autem in quibus ſunt graue ⁊ leue ſunt ſicut fines motus ſurſū ⁊ deorſū: ⁊ ideo lʒ vnus ſit formalis ad alterum neuter tamen eſt via vel forma alterius.

Redeuntes ergo ⁊ magis appropinquantes propoſito dicamus ꝙ corpus formale ſimpliciter qđ. ſ. eſt continens tñ: ⁊ non ſit contentum aliquo elementorum eſt id qđ moueť ad locū qui eſt continens tñ: ⁊ ideo oportet ꝙ ſit virtutis ſimplicis que eſt leuitas abſolute accepta mouens ſimpliciter omnia corpora rectum motum habentia. Corpus autē qđ eſt in ſimilitudine materie eſt contentum tñ ⁊ eſt in loco cōtento tñ: ⁊ ideo eſt potentie ſimplicis que eſt grauitas mouens ſub ſe omnia corpora deorſum. Diſtinctio autem mediorum corporum adinuicem eſt ſicut diſtinguūtur leue abſolutum ⁊ graue abſolutum hoc eſt per ſimilitudinē forme ⁊ materie: ⁊ ideo oportet ꝙ vtrūq; horum habeat ⁊ leuitatē aliquam ⁊ grauitatem aliquam comparatiue dictam quādo aqua quieſcit ſub omni corpore preter terrā ⁊ terrena: ⁊ aer quieſcit ſuper omnia corpora preter ignem ⁊ ignea: magis igiť appropinquantes ad ꝯcluſionem quā intendimus: dicimus ꝙ ſi corpus vnum quieſcit ſimpliciter ſuper oīa corpora ⁊ corpus vnum de numero ſimplicium quieſcit ſimpliciter ſub omnibus corporibus oportet de neceſſitate ꝙ ſint duo alia corpora media que quieſcūt ſuper aliquod corporꝝ ſimplicium ⁊ quieſcant ſub aliquo corporum: ⁊ hoc qdē neceſſariū eſt ex eo qđ diximus ſuperius: qa cōtrarietas que in formis eſt tñ non in ſubiecto per diminutionem formaꝝ extremarum ⁊ cōmixtionem vnitam que eſt formarū facit vnum vel plura media: cum autem contraria ſm locum habeant ſubſtantiā plenam ⁊ formarum ⁊ ſubiectorum oportet ꝙ medium inter ea cōſtituatur ex duabus diminutionibus ſubiecti. ſ. ⁊ formarum: ⁊ tunc ille due diminutiones cōſtituent duo media ſm locum: ſi aūt hec ita ſe habent: tunc neceſſarium eſt vt numerus elementorū ſit quatuor. Cum autem elementū ſit equocum de elementis quatuor formaliter differentibus: ⁊ de materia prima elementorū non ſignifico per elementū materiam primam: qa illud elementum tñ eſt vnum in quatuor elementis ꝓpter que etiam generantur adinuicē ipſa elementa ſicut oſtenditur in. 2. lib. perigeneſeos. ¶ Quis ergo generatio oīum elementorū ſit abinuicem: tamen quodlibet eoꝝ ſm eſſe differt ab alio que differentia a locorum differentia cauſatur vt diximus. Cū autem naturam elementorū ſic determinauimus tamē aliter conſiderantes media ⁊ extrema dicimus ꝙ quāuis extrema in loco ſint duo formaliter: differntia tamē non eſt cōueniens vt media inter ea dicantur vnum vel plura: ſicut in extremos colores non eſt incōueniens vnum eſſe vel plures vt oſtēdemus inferius ꝙ media elemēta lʒ ſint duo formis ſuis ſubſtātialibus ⁊ ſubiectis: tamē ſunt vnū in forma quadam que eſt ꝙ ſint grauia in locis ſuis: ⁊ ita appropinquant magis terre ꝙ̄ igni ⁊ magis materie ꝙ̄ forme: hec igitur eſt concluſio intenta de numero elementorum: nec eſt credendum Themiſtio dicenti non poſſe demonſtrari naturā elementorum ex ratione grauium ⁊ leuium ⁊ ex conſideratiōe locorum in quibus elementa locantur.

T. c. 36. ⁊. 37

Elemtū equoce dr de ꝓma mā. ⁊ de quo corporibꝰ ſimplicibꝰ vt de. 2. de gñone. cō. 6. ⁊. 3. celi. cō. 31.

Tex. cō. 38.

¶ Cap. 8m. In quo probatur ꝙ media elementa ſunt in locis ſuis magis grauia ꝙ̄ leuia.

Tex. cō. 39.

Ut autem plenius ea que diximus intelligātur oportet nos adhuc redire ī iſto capitulo ad cōſiderationem grauium ⁊ leuium in locis ſuis. Dicimus ergo ꝙ vtrūq; mediorū que habēt leuitatem ⁊ grauitatem ſimul habent grauitatem in loco ſuo plus ꝙ̄ leuitatē: ⁊ cum habeat actum ⁊ motum tam leuitatis ꝙ̄ grauitatis actus grauitatis in eis eſt ſimilior naturali motui: ⁊ actus leuitatis in eis eſt ſimilior motui violento: qa leuitas que eſt in eis non eſt niſi tñ in loco elementi qđ quieſcit: terra autem grauitatē ſimpliciter habet in omnibus locis. Uerificatio autem huius eſt: qa ad ſenſum patet ꝙ ſi auferetur aqua: aer deſcenderet ad locū aque qđ quidē non conſurgit tñ ex neceſſitate illa ꝙ non poteſt eſſe vacuum ſed ex inclinatione grauitatis que eſt in aere: ſimiliter deſcenderet aer ad locum terre ſi auferri poneretur terra: ſi autem ignis eleuaretur nō moueretur aer ſurſum niſi violenter expulſus: vnde patet non deſcendere ex neceſſitate ꝙ nihil eſt vacuum: qa ſi propter

illud

illud deſcenderet ad locum aque: tunc propter idem aſcenderet ad locum ignis ſi intelligeremus ignem auferri: ſimiliter autem eſt de aqua que deſcenderet ad locũ terre: ſi terra auferetur ⁊ non aſcenderet ad locũ aeris vel ignis: ſi aer vel ignis auferri poneretur niſi forte aqua violenter impelli ſurſum diceretur: grauitas ergo aeris ſe habet ad leuitatem eius ſicut duo ad vnum: eſt enim in loco ſuo grauis ⁊ in loco ignis grauis non leuis niſi in loco alieno ad quem tamen inclinatur per grauitatem naturalem: grauitas autem aque ſe habet ad leuitatem ſuam ſicut tria ad vnum. q̈a in loco ſuo eſt grauis ⁊ in duobus locis ſuperiorum elementorum: ſed in loco terre non abſolute leuis eſt: quia non aſcendit a terra lʒ terra profundetur ſub ipſa vt ſupra diximus. Duo enim media elementa magis habent de grauitate q̃ʒ de leuitate. Probatur autem illud multis exemplis quorum vnum eſt q̈a videmus compoſita ex igne ⁊ aere ⁊ paruo terreſtri quorum proportio eſt q̃ in eis eſt de aere multũ plus q̃ʒ de alijs duobus elementis motu ſuo deſcendere ſicut faciunt fulgura ⁊ a ſub deſcendentia. ¶ Secũdum autem ſpiritus animalis qui eſt aereus ſ̃m philoſophorum traditionẽ ⁊ mouetur in animali deorſum lʒ a calore naturali calefact⁹ moueatur ſurſum. ¶ Tertiũ eſt in omnibus compoſitis in quibus neceſſaria eſt aeris compoſitio: quia niſi aer ad terram mouetur non poſſet cõmiſceri aque ⁊ terre in compoſito: ignis enim qui eſt incompoſitus introducitur radijs ſolis ⁊ non per motum ignis deorſum. ¶ Quartũ eſt q̃ lʒ aer ſit calidus ⁊ humidus: tamen in eo plus eſt humidũ q̃ʒ calidum ſicut ſcitur ex diffinitione humidi que ponitur in. 2. perigeneſeos in principio ex humiditate non habet aſcẽdere ſed deſcẽdere: ⁊ ratione huius dicitur ſua ſuperficies eẽ vna cum ſuperficie aque ⁊ non dicitur eſſe vna eius ſuperficies cum ſuperficie ignis: lʒ enim cũ igne conueniat in qualitate vna que eſt caliditas: ratione enim illius fluit ad ſitũ terminatum: ⁊ hoc eſt plus in terra q̃ʒ in igne: quia ignis ꝓpter ſui raritatem non bene terminat corpora mota ad ipſũ: hec etiam eſt cauſa quare aqua non dicitur habere eandẽ ſuperficiem cum terra lʒ conueniat cũ ipſa in qualitate vna que eſt frigiditas: quia ratione frigiditatis terminata non eſt ſuperficies a ſuperficie vel terminat ipſaʒ: ſed potius ex humiditate cauſatur q̃ terminari habet ⁊ illa cõmunis eſt aeri ⁊ aque ⁊ ex ſiccitate non qualibet ſed incorporata ⁊ ſolida corpora reddente eſt q̃ terminat: ⁊ iſta eſt fortior ratio omnibus quare aerem oportet habere motũ grauis in loco ſuo ⁊ ſimiliter aquam. ¶ Quintum autem eſt illud q̃d ſuperius poſuimus de natura corij ſubtilis habente in ſe aerẽ qui velocius deſcendit ⁊ plus ponderat ſicut diximus: quia autem ſuperficies aeris ⁊ aque eſt vna: ideo aqua velociter mouetur ad aerem ⁊ aer econuerſo ad aquam patet q̃ per facilia ingenia: ſi enim ſumatur vas ſolidum concauum cuius ſit orificium aliquantulum ſtrictius q̃ʒ eius venter ſit: quia formatum in modum ventoſe ⁊ ponat̃ in eo ignis candele vel alicuius alterius ⁊ ſubuertatur ⁊ equaliter ponat̃ ſuper aque ſuperficie ita q̃ nuſquã aerem poſſit attrahere aqua in vaſe eleuabitur velocius ad aliquam partem vaſis ſequens aerem: ⁊ ſi quis hoc viſibiliter probare voluerit faciat vas ex vitro perſpicuo ſolido: ſimiliter autem ex eadẽ cauſa trahit ventoſa. Aſſignantur autem huius cauſe multe: dicit eſſe Alexan. cauſas duas quarũ vna eſt q̃ ignis in vaſe vel ventoſa rarefacit aerem: ⁊ ideo petit locum maiorem ⁊ expellit aerem in parte vt ſolus impleat concauũ vaſis qui cum ſubito extinguitur per humidum aque aſcendẽtis: tunc conſtringitur infrigidatus in locum minorẽ: ⁊ tũc eo q̃ nihil eſt vacuum attrahit aquam vel carnẽ hominis in locum quem aer vacuum relinquit: ⁊ quia hoc verum ꝓbatur per ventoſas que fiunt ex cornibus in acumen perforatum q̃ non igniuntur: ſed ex ipſis extinguitur aer qui intus eſt: ⁊ tunc ex neceſſitate illa q̃ nihil eſt vacuũ ſequitur caro vel aqua ⁊ eleuatur ad aerẽ qui eſt in parte vaſis. Aliã cauſam huius aſſignat idem Alexan. dicens q̃ cũ ignis primo mouet aerem ad ſuperficiẽ vaſis: tunc aer mouet aquã motu violento attractionis propter ſuperficierum ſimilitudinẽ: aqua autem fortius mouetur q̃ʒ moueatur aer quia ſepe contingit hoc q̃ impetus fortior eſt in eo q̃d mouet̃ q̃ʒ in eo q̃d mouet primo ſicut diximus in octauo phyſicorum.

Nõ fortiorẽ rõnẽ q̃re aer in ꝓprio loco grauitat.

Digreſſio quam mouet Cõmentator hic. cõ. 39.

ſubito ergo conſequitur aqua aerem ⁊ expellit ipſũ in parte: ⁊ non expulſum comprimit inſpiſſando in locum paruũ ex hac neceſſitate: quia non eſt vacuum implet partem vaſis. Lʒ autẽ contra iſta aliqua obijciat Themiſtius: tamẽ dicta ſua in hac parte non ſunt magni momenti: ⁊ ideo pretereunda: ſ̃m dicta enim componitur iſte motus in vaſe ex tribus motibus ⁊ ex tribus cauſis: quarum prima eſt mot⁹ ignis aeris igniti ad ſupiora vaſis: ſed eſt cõſtrictio vel motus aeris extincti in minorem locum: tertium v̊o eſt motus aque in partem vaſis ex ſimilitudine ſui ad aerem: quia leuis eſt ⁊ grauis: ⁊ ideo ſurſum per paruam violentiam eleuabilis: ⁊ ideo etiam ſi vas aere plenũ applicaretur ad terram ⁊ exurgeret aer ita q̃ vas non poſſit alium aerem vel aquam attrahere: tunc oportet alterum duorũ accidere q̃ ſcilicet aut frangeretur vas: aut q̃ aer eſſet imobilis in vaſe nec poſſet extingui: quia terra non ſequeretur aerem aliquo modo ita q̃ in vas eleuaretur cũ ipſa ſit ſimpliciter grauis ⁊ nullam habens leuitatem qua facili violentia poſſet eleuari: ſed de igne credo aliud eſſe: quia iſte faciliorem patitur violentiam propter ſui raritatem: ⁊ forte etiaʒ terra redigeretur in puluerem minutiſſimum ⁊ eſſet ſubtilis: aliud eſſet quia ſubtile quandam habet ſimilitudinem cũ humido ſicut patet conſideranti diffinitionem ſubtilis que datur in ſecũdo perigeneſeos ⁊ in fine primi eiuſdem libri vbi agitur de mixtione: ſicut ergo ſciendum eſt de iſtis elementis: quia ſicut terra non eleuatur ſurſum quando eleuatur ab ea aqua eo q̃ eſt ſimpliciter grauis: ita etiam ignis non deſcẽderet deorſum quando aufertur ab eo aer eo q̃ eſt ſimpliciter leuis ⁊ nulla omnino eſt ei grauitas neq̃ʒ in loco ſuo nec in loco alieno: ſic ergo determinatum ſit q̃ ex corporib⁹ ſimplicibus vnũ eſt graue quieſcens ſub omnibus corporib⁹. et vnum eſt leue ſimpliciter quieſcens ſuper omnia corpora: ⁊ duo ſunt media habentia grauitatẽ ⁊ leuitatem ex cõparatione: ſunt enĩ illa grauiora ⁊ in locis ſuis ⁊ in locis corporum illorũ ſuper que quieſcunt propter ſimilitudinẽ materie ſue ad illud corpus ad q̃d inclinatur in locis ſuis ⁊ cũ inclinentur ad graue ſicut dictum eſt q̃ ſimiliora ſunt ſimpliciter graui q̃ʒ ſimpliciter leui: hec enim eſt cauſa quare per motum inclinantur ad ipſum: ſi autem hec ita ſe habẽt: tũc oportet q̃ illud corpus ad cuius locum inclinantur ſit ſimpliciter graue: quia ſi ita non eſſet: tunc oportet illud iterum inclinari ad aliud: ⁊ hoc procederet in infinitum cum autem vnum eſt ſimpliciter graue ⁊ aliud ſimpliciter leue: tũc ſunt duo contraria ſ̃m locum que neceſſario habẽt duo media: ⁊ ſic ſunt quatuor elementa. ¶ Obijcit autem Themiſti⁹ cõtra ea que dicta ſunt diximus q̃ ſi media corpora ex grauitate ſua mouentur ad locum terre: tunc non quieſcunt in locis ſuis niſi violenter. Nullum enim corpus quieſcens in loco ſuo naturaliter mouetur ab ipſo naturali: ſed potius mouetur ad ipſum motu naturali. ¶ Et dicendum eſt Themiſtio q̃ grauitas quã habet corpus in loco ſuo eſt equoca ad grauitatem quã habet extra locum ſuum ſi per cauſam efficientem diffinitione phyſica diffiniatur: quia ſicut alibi diximus motus elementi a loco ſuo eſt motus corruptiõis ipſi⁹ ⁊ non generationis: frigiditas ergo que eſt ex diſtantia ab orbe generans graue aliquod in loco elemẽti alia eſt ab ea que eſt in maiori diſtantia ab orbe in extremo elementi eiuſdem vbi contingit elementum inferius ⁊ illa dat ei maiorẽ grauitatem ⁊ inclinationem ad locũ ſimpliciter grauis elementi: ⁊ ſic non ſequitur q̃d dicit Themiſtius.

Obtio ꝯ ſ̃dicta.

Solutio

¶ Cap. 9m. In quo oſtenditur imperfectum eſſe dictum antiquorum in cauſa leuis ⁊ grauis ſupponentes materiã elementorum vnum ſiue plures.

HIs autem ſic expeditis oſtendamus inſufficiẽtiam dicti antiquorũ in cauſa leuis ⁊ grauis: viderunt enim antiqui materiam ſimplicium corporum eſſe vnam ⁊ materiam compoſitorũ eſſe non vnam ſed plura compoſita: ⁊ ideo diuerſificati ſunt in cauſa leuis ⁊ grauis: qui enĩ dixerunt ipſa eſſe ſimplicia dixerunt materiam vnam ipſorum eſſe compoſitam aſſerebant: eorum autem qui dixerũt materiam vnam eſſe vtriuſq̃ʒ diuerſificati ſunt: quia quidã dixerunt naturalem cauſam eſſe vacuum: quidam autẽ plenum: ⁊ quidam figuras triangulos ⁊ alias figuras de qui-

Tex. cõ. 40.

bus ſupra determinauimus: quidam autem athomos: oēs autem iſtos ſequitur vnum inconueniens ⁊ illud eſt qđ ſupra induximus ꝙ ſi omnia corpora ſunt mota indeterminate aut ſurſum aut deorſum equaliter per leuitatem ⁊ grauitatem que habent comparata ⁊ nihil erit leue abſolutū vel graue abſolutum: quia tunc talia corpora non tendent deorſum ex natura: ſed propter diſpoſitionem adiunctã ſue materie ꝙ ſi plus haberet de pleno q̃ alia corpora eiuſdem materie: aut quia maiora haberent corpora: aut ſuperficies q̃ alia corpora eiuſdem materie: vel quia plures habent athomos q̃ alia eiuſdem nature ⁊ materie corpora: hoc autē vanum eſt: eo ꝙ non cauſare poſſunt ex illo graue ⁊ leue abſolute dicta ⁊ eſt falſum etiam ſm rei veritatem: quia nos videmus quedam corpora ſiue ſint magna ſiue parua incedere ſemper ſurſum ⁊ quedam alia incedere ſemper deorſum quocū𝔮 modo variatur: ſi ergo corpus aliquod eſt cauſa leuitatis que ſemper mouet ſurſum: hec non erunt eiuſdem nature cum eo qđ incedit ſemper deorſum: ⁊ ſic falſũ dicūt: antiqui enim dixerunt horum eſſe materiam vnã vtentes nomine materie pro ſubſtantia perfecta eo ꝙ cauſã formalem non ad plenum apprehenderunt: ſm autem eos qui dicunt vnicam materiam eſſe grauis ⁊ leuis que ſit plenū vel vacuum ſequitur quoddam elementorum mediorum velocius deſcendere q̃ terra que eſt extrema in loco: in aere enī multo ſunt trianguli multi vel athomi multi coadunati et multum plenum ⁊ in terra parua ⁊ paruum: de omnibꝰ his ergo aer multus deorſum moueri debet velociꝰ q̃ terra parua: nos autem non videmus aliquid ex parte aeris ſiue fuerit multum ſiue paruum moueri deorſum velocius q̃ terra moueatur: vnde conſtat illos falſum dicere qui talem cauſam ponunt grauitatis: ſimiliter autem eſt econtrario de leui qui in aere multo eſt de vacuo plus q̃ in igne paruo: ⁊ ſic aer multus velocius aſcēderet q̃ ignis paruus: ſimiliter autem plus eſt de triangulis ⁊ athomis ⁊ pleno in igne magno q̃ in terra parua ſm dictum eorum: ergo terra parua velocius aſcēdere deberet q̃ ignis magnus que omnia ſunt abſurda: ergo ⁊ inſufficiētia ⁊ falſa ſunt omnia dicta antiquorum ponentium grauis ⁊ leuis ſubſtantiam vnam. Sʒ ſm noſtrum dictum eſt ſufficientia: quoniam loca finita cauſa ſunt ꝙ locata ſunt finita: finita autem ſunt extrema loca per hoc ꝙ propter centrum ⁊ circūferentiā que nullo modo poſſunt eſſe plura q̃ duo in mundo: ⁊ inter hec duo neceſſe eſt eſſe duo media ſicut diximus: locus enim differunt ſe ad corpora: quedam enim corpora ſunt cauſa locorum: quedaʒ nō loca corporum ſunt cauſa: quedam enim corpora ſunt locorum cauſa ſicut perfecta ſubſtantia cauſa eſt ſui accidentis ⁊ potiſſimum inter illa eſt ſpera celeſtis que eſt propter ſuaʒ diſtantiam cauſat loca: quedam autem corpora in ſuis formis ⁊ ſpeciebus cauſantur a locis: ⁊ hec ſunt elementa ſicut nos ſepius diximus ⁊ in ſequentibus dicemus. Non enī eſt cauſa quare pars vniuerſalis materie hic accipiat ſpeciem terre: ⁊ alibi ſpeciem aque: ⁊ alibi ſpeciem aeris: ⁊ in extremo ſpecieʒ ignis: niſi quia caliditas ⁊ frigiditas ex tāta vel tanta diſtantia ab orbe cauſata inuenit in loco hoc vel alio

Obiectio cō p̄dicta. ⁊ inducit in eas formas diuerſorum elementorum. ¶ Contra qđ forte ſi quis obijciat ꝙ accidentia non ſunt cauſe ſubſtantiarum: ⁊ ideo locus cum ſuis accidentibus non poteſt

Solō Cōmētatoris hic. c. 49. dare formam ſubſtantialem alicui elemento. Sciat ꝙ diminute ſunt forme elementorum ⁊ materiales ⁊ quaſi in proximo iuxta accidentia: ⁊ ideo locum cum virtute orbis poteſt inducere formas elementorum: in alijs autem corporibus que ſunt ex elemētis que ſunt mineralia ⁊ vegetabilia ⁊ alia cauſatur forma a pluribus quia ⁊ locus facit ⁊ celum intelligentia ⁊ operantur plura ex hijs in animalibus q̃ in plātis ⁊ plura in plantis q̃ in mineralibus. Iſti autem qui poſuerunt cauſam leuis ⁊ grauis comparatione dictorum tm̄ ex vnica materia que participatione alicuius ſiue pleni ſiue triangulorum ſiue athomorum dicatur leuior ⁊ grauior acceperunt loca iſta ſicut ſupra lineam rectam: ⁊ quia non eſt linea recta qua non eſt accipere longiorem: ideo non eſt accipere qđ non habeat grauius ſe neq̧ leue qđ non ſit aliquod leuius ſe. Si enim diceretur ꝙ non eſt grauius aliqđ terra ſed poſſibile eſt vt ſit aliquid grauius hoc nihil eſt omnino: quia qđ in principijs nature ⁊ in rebus perpetuis poſſibile eſſe eſt ipſum eſt in actu ſicut diximus in tertio phyſicorum. ꝙ ſi etiam aliquis vellet dicere ꝙ proportio maior vacui ad plenum facit leue ſimpliciter: ⁊ proportio maior pleni ad vacuum facit graue ſimpliciter ſicut diximus ſupra hoc iterum nihil valet: quia cum proportio fundetur ſuper quantitatem ſicut non eſt accipere ſtatum in quantitate ita non eſt accipere ſtatum in proportione: ⁊ ita non eſt accipere aliquam proportionem vacui ad plenum quando ſit accipere maiorem ⁊ minorem ea: ⁊ ſimiliter eſt de proportione pleni ad vacuum: ergo non eſt accipere corpus leue quo nō ſit leuius neq̧ graue quo non ſit grauius vſq̧ ad infinitũ: quia quantitas nihil fuit ſm formam ſubſtantialis: ⁊ ideo eſt accipere ſubſtantiam qua non poteſt eſſe leuior ⁊ eſt accipere ſubſtantiam qua non poteſt eſſe grauior: ⁊ ita ſm noſtra dicta ſtat numerus elementorum per naturam ſuorum locoꝝ a quibus cauſatur numerus ſuarum ſubſtantialium formarum: ⁊ ideo dictum noſtrum eſt ſufficiens. ¶ Si autem dixerunt ꝙ materia grauis ⁊ leuis non eſt vna: ſed due quocunq̧ modo vocentur ille dicemus contra hoc ꝙ tunc talis debet eſſe diſtinctio mediorum elementorum adinuiceʒ qualiter eſt diſtinctio extremorum in loco. Cauſa enim diuerſitatis aque ⁊ aeris erit ex diſtinctione ignis ⁊ terre ſm iſtam poſitionem: qui enim ponit duas materias diuerſas ignis ⁊ terre eſſe vacuum ⁊ plenum: ⁊ dicit ignē moueri ſurſum propter abundans in eo vacuũ: ⁊ terram moueri deorſum propter abundans in eo plenum: ille proculdubio dicit ꝙ leuitas aeris cauſatur ex multo igne qui eſt in eo ⁊ pauca terra: ⁊ grauitas aque cauſatur ex multa terra que eſt in ipſa ⁊ pauco igne: ſequitur autem ex his ꝙ aliqua tam magna aqua poſſet accipi in qua plus ſit de igne q̃ ſit in paruo aere: ⁊ tunc aqua multo velocius deberet deſcendere q̃ aer paruus rarus: ſimiliter autem in aere multo eſt plus de terra q̃ in aqua pauca: ⁊ tunc aer multus velocius deberet deſcendere q̃ aqua pauca: huius autem contrariũ videmus omnino ſm ſenſus experientiā. Amplius ſi non ſunt ea que iſti dicunt tunc neceſſarium eſt ꝙ ſicut ignis mouetur ſurſũ propter multum vacuum qđ eſt in eo: ⁊ terra deorſũ ꝑpter multum plenū qđ eſt in ea eadem de cauſa aer mouetur ad proprium locum ſuum ſupra aquam. ſ. ꝙ in eo ſunt res vacuitatis ⁊ repletionis ⁊ plus de vacuo ſed minus q̃ in igne: ⁊ ſimiliter aqua mouetur ad locum ſupra terram non ex ſe: ſed quia ſunt in ea res quedam vacuitatis ⁊ pleni ⁊ plus de pleno ſed minus q̃ in terra: ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ omnia elementa ſunt eiuſdem forme ⁊ ſubſtantie: ſed differunt in ea per plus ⁊ minus: ſi autem dicunt ꝙ ſunt quedam diuerſarum formarum ſubſtantialium ipſa elementa: ſed tamen intercepta in eis vacuitas maior ⁊ mior facit in ea leuia ⁊ grauia: tunc proculdubio ſequitur inconueniens primum. ſ. ꝙ aer multus mouetur velocius deorſũ q̃ aqua pauca ⁊ multa aſcendit ſurſum velociꝰ q̃ aer paucus ſicut diximus ṗus: hoc autem eſt inconueniens: ergo poſitio antiquorum oīno eſt falſa ⁊ inſufficiens ex quo tales ſequuntur abuſiones.

Tex. cō. 41. (beside "Si autem dixerunt")

¶ Cap. 10m. De ſolutione queſtionum antiquorum quarũ quedam natant ſuper aquam ⁊ quedam ſuper aerem.

Tex. cō. 42.

Oſtenſis autem his opus eſt primum admittere duas queſtiones de graui ⁊ leui que antiqs ambiguitatem afferebant. Dicimus enim ꝙ quāuis figure omnino non ſunt cauſe motꝰ ſicut ſuperius oſtenſum: tamen figura ad facilitatem motus facit per mediũ aeris vel aque ſicut diximus in quarto phyſicorum in tractatu de vacuo: qꝛ acutum facilius penetrat q̃ latum per mediū. Inquiramus igitur hic de quo antiqui philoſophantes requirebāt: ⁊ eſt vna queſtio eorum quare corpora terreſtria lata vel concaua natant ſuper aquam ſicut ferrum latum ⁊ plumbū tenue ⁊ latum ⁊ vaſa concaua ⁊ clauſa: longa autem ⁊ ſtricta non concaua merguntur ſub ipſa etiam ſi ſint minora q̃ ṗus memorata ſicut acus vel aliud tale corpus. Secunda autē queſtio erat quare aliqua corpora parua natant ſuper aquaʒ ſicut furfures ⁊ quedam merguntur ſub ipſa: quedam autē natant ſuper aerem ſicut illa que ſimilia ſunt ſtipulis ⁊ ſtupis lini: quedam autem non natant ſed merguntur ſub aere. Iſte ergo ſunt antiquorum queſtiones. ¶ Ad primam autem iſtarum Democritus inconuenientem aptauit ſolutionem:

nem: dixit enim vapores latos ⁊ ſpiſſos egredi a fundo aque ad ſuperficiem qui obuiantes latis corporibus in aqua vndiq; per latam ſuperficiem fulciunt ea ⁊ ſuſtinent ⁊ non ſinũt ea deprimi ⁊ mergi: quando autem obuiant corporibus ſtrictis ⁊ rotundis non tangunt ea niſi quaſi in puncto: ⁊ ideo non impediunt a merſione. ¶ Contra iſtud autem dicimus quia tam vapor talia corpora teneret ſuper aerem natantia q̃ ſuper aquam reprehenſibilis etiam quia cum aqua ſit magis ſpiſſa q̃ vapor magis deberet ea tenere aqua q̃ vapor ne mergerentur. Adhuc autem nihil dicit hic in rotundis concauis que natant ſuper aquam. Adhuc autem ſi verum eſſet qđ dicit deberent huius corpora natare etiam ſub aqua depreſſa ⁊ leuiari a fundo: cuius contrarium videmus oculis: quia talia corpora poſtq̃ merſa ſunt non redeunt a fundo
Tex.c.43. neq; natant inter fundum ⁊ aque ſuperficiem. Sciuit autem Democritus ꝙ ad dicta ſua ſequeretur inconueniens: ⁊ ideo viſus eſt confortare dictum ſuum debili ratione dicens. vapores in aere diffundi ⁊ rarefieri: ⁊ ideo nõ poſſe ſuſtentare corpora lata grauia in aere: ſed in aqua vapores congregantur ⁊ inſpiſſantur: ⁊ ideo confortantur ⁊ valẽt corpora grauia portare ⁊ eleuare plus q̃ in aere: non autem neceſſe eſt vt contra hoc diſputemus: quoniam ad viſum patet aquam eſſe ſpiſſiorem omni vapore ⁊ ꝙ aqua per ſe non portat portari non poteſt aliquo modo a vapore in aqua eleuato. ¶ Dicamus autem nos ſoluentes queſtionem inductam ꝙ corporum continuorum quedam ſunt facilis diuiſionis: ⁊ quedam difficilis: aer enim citius diuidit̃ q̃ aqua ⁊ quanto fuerint aliqua corpora ſubtiliora ⁊ rariora tãto facilius diuiduntur: quanto vero fuerint ſpiſſiora tanto diuidũtur difficilius: ⁊ difficilius penetrãtur: quia omne penetrãs per alterum diuidit ipſum. Similiter autem diuidentium ⁊ penetrantium quedam diuidunt ⁊ penetrant faciliter ⁊ quedam difficiliter. Quanto enim aliqua fuerint acutiora ⁊ grauiora ⁊ duriora tanto diuidunt ⁊ penetrant facilius ⁊ quanto fuerint obtuſiora ⁊ minus grauia ⁊ molliora: tanto diuidunt ⁊ penetrant difficilius ⁊ tardius. Dico autem diuiſionem facilem per tranſitionem ⁊ penetrationem: quanto enim facilius aliquid diuidit tanto difficilius penetrat ⁊ pertranſit ⁊ potentia optime diuiſionis actiue congregatur ex tribus dictis. ſ. acuto graui ⁊ duro: ⁊ quantum deficit de his tribus tãtũ deficit de bonitate potẽtie diuiſionis: ſimiliter autem bonitas potentie diuiſionis paſſiue congregatur ex humido ⁊ raro: ⁊ quanto fuerit humidius ⁊ rarius tanto facilius diuiditur: ⁊ inquãtum de his duobus deficit tãtũ
Tex.c.44. deficit de bonitate potentie diuiſionis paſſiue. Reuertẽtes ergo ad ſolutionem queſtionis dicimus ꝙ aer facilius impellitur ⁊ diuiditur q̃ aqua: ⁊ aqua facilius diuiditur ⁊ impellitur q̃ terra: quia quanto aliquid fuerit ſubtilius ⁊ humidius tanto facilius recipit impulſionem ⁊ diuiſionem ⁊ penetrationem: ſi ergo hec ita ſe habent tũc dicimus ꝙ corpora late figure tenuia non grauia multum licet ſunt dura terreſtria tamen quia non diuidunt bene propter defectũ acuminis ⁊ defectum grauitatis natant ſuper aquam: que non adeo de facili ſicut aer diuiditur: quia cũ iacent ſuper aquã tangunt late aquam ⁊ multam aque ſuperficiem nõ ita poſſunt comprimere ſicut paucam: ⁊ natant ſuper aquam ⁊ non profundatur velociter ſub aqua: ⁊ huius ſignum eſt q2 cum merguntur non cadunt ſub aqua ſequendo ſuperficiem latam: ſed potius inclinantur ſuper latus ſtrictũ ⁊ ſuper aquã diuidunt illud: corpora autem longa ſtricta eo ꝙ non tãgũt aque ſuperficiem niſi parum non comprimunt ſub ſe multã aquam: ⁊ ideo facile diuidunt eam ⁊ cito merguntur ſub aqua: lata autem huius ⁊ ſtricta non natant ſuper aerem eo ꝙ aer ſubtilior aqua exiſtens facilius diuiditur: ⁊ ideo talia penetrant per ipſum ⁊ cadunt ad terram. Amplius autem conſiderandum in coniunctione eorum que faciunt bonitatem penetrationis paſſiue: aliquam enim paruam potentiã poteſt habere ꝙ tardatur impulſione ad penetrandum ſicut ſi ſit hebes: aut non ſatis graue: aut non ſatis durum ⁊ coniungenda ſunt penetrantia: vnde ad bene penetrabilia: quando enim illa coniuncta fuerit: tunc velocius erit valde penetratio: ſimiliter oportet fieri compenetrationem actiuorum paſſiuorum in penetrando: ſi enim virtus penetrandi corporis grauis impellentis eſt maior q̃ ſit virtus corporis cõtinui qđ penetratur ⁊ impellitur: tũc penetratur per ipſum ⁊ impellitur per ipſum ⁊ deſcendit per ipſum velociter. Si autem virtus corporis grauis per naturam in penetrando eſt debilior virtute reſiſtendi in continuo corpore per qđ ſit penetratio: tunc natat ſuper ipſum ⁊ non mergitur ſicut ferrum tenue ⁊ latum natat ſuper aquam. Concaua autem corpora natant: ideo quia aere plena ſunt ſicut ⁊ ligna ⁊ rara ⁊ poroſa propter multos etiam poros: natat etiam lapis poroſus ſimilis aduſto: furfures autem natant ſuper aquam: cũ tamen grauia merguntur: q2 ſunt furfures quaſi palee rare ⁊ concaue. Ea autem que volant in aere ſunt rara multum ⁊ aere plena: ⁊ ideo eleuantur ⁊ non facile penetrant aerem quemadmodum plume auium: hec igitur de antiquorum opinionibus ⁊ rationibus ⁊ queſtionibus ſufficiant.

¶ Cap. vltimũ. Et eſt digreſſio declarans generationem elementorum per motum orbis ⁊ centri quietem.

Cum aũt hec omnia dicta ſint ſm Ariſto. ⁊ peripatheticos antiquos. Eſt tamen via generationis ⁊ numeri elementorum a poſterioribus inuenta breuis ⁊ bona ex propoſitionibus notis in ſenſu probata. Eſt enim per ſe notum ꝙ ex motu eſt calor: ⁊ diſſolutio partium in omni materia ſuſceptibilis eſt paſſionis eo ꝙ ex quiete eſt frigiditas partium ⁊ conſtrictio in materia eadem. Cum igitur celi motus ſit perpetuus: ⁊ materia quatuor elementorum ſit ſuſceptibilis paſſionis: oportet neceſſario ꝙ materia quã continue tangit concauum celi calefiat in ſummo ⁊ diſſoluatur ita ꝙ partes eius rarificantur in ſummo: ita ꝙ vna non fluit ad aliam: nec ex alia. Talis autem rarificatio conducit ad deſiccationem vehementem neceſſario: ⁊ ideo id qđ proximum eſt ſpere de materia quatuor elementorũ ſiue de materia prima eſt ignis: q2 ignis eſt corpus calidum in ſummo: ⁊ ſiccum vltimo rarefactum. Corpus autem longiſſime diſtans a motu ⁊ quieſcens eſt centrum: ⁊ ideo ex quiete eſt vltimo frigidum frigiditate conſtringente: ⁊ ideo humidũ exprimente ab ipſo: ⁊ hoc eſt terra: ꝙ incenditur a motu ſperico ſicut circa qđ ſit motus ſicut dictum eſt in tertio librorũ ſuperiorum: mediorum autem locorum quicquid ⁊ recedit a motu primi corporis ⁊ receſſu non perfecto eſt calidus nõ vehementer diſſolutiuus ⁊ exiccatiuus: ⁊ ideo generatiuus aeris: quia aer eſt corpus calidum ⁊ humidum: ⁊ ex calore habens humidum ſpirituale emanans a medio aeris ad circunferentiam ſuam: locus autem cẽtro ſpere plus appropinquans ⁊ non habens in eo calidum diſſolutiuum remanet frigidus non quidem vltimata frigiditate: ⁊ ideo non exprimit humidum ex parte materie que eſt in ipſo: ⁊ ideo generat aquam quia aqua eſt elementum humidum ⁊ frigidum habens humiditatem non ſpiritualem fluentem ab extremis aque ad medium ipſius: ⁊ ideo eſt ſpiſſius aere: que duo media elementa ſecundario intenduntur a natura quia niſi eſſet terra que centrum eſt circũpoſita: terra diſſolueretur in motus ſuperiorum: ⁊ non eſſet perfecte perficiẽs eorum que ſunt ſm generationem. ¶ Sic igitur determinatum ſit de graui ⁊ leui: ⁊ de accidentibus proprijs que accidunt vtriſq;: ⁊ diſtincta ſunt vtraq; in ea que dicta ſunt abſolute: ⁊ in ea que dicta ſunt comparatiue ⁊ diffinita ſunt ⁊ demonſtrata per demonſtrationes neceſſarias ⁊ conuenientes huic materie ⁊ ſufficientes. Sic ergo in hoc completus liber noſter de celo ⁊ mundo. Cum deo annuente omnia diximus in eo que fuerunt noſtre intentionis in hac materia.

¶ Explicit liber de celo ⁊ mundo Alberti magni.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

## ¶ Incipit liber de generatione ⁊ coꝛruptiõe. Cuius tractatus primus eſt de generatione ⁊ coꝛruptione in cõmuni ſimplr̃ dictis.

¶ Cap. pͥᵐ. De ꝓhemio in quo declarat̃ que ſit intẽtio libri.

Quæ due ſint cõſideratiões de mobili ſimplici: quaꝝ vna eſt de mobili ſimplici ſm̃ ſimpliciorẽ potentiã eius ad motũ que eſt potentia ad locum vel ſitũ que habita eſt in ſcientia libroꝝ celi ⁊ mundi. Altera eſt de ſimplici mobili ſm̃ minus ſimplicẽ potentiã ad motũ eius que eſt potentia ad ſuſceptionẽ forme tam ſubſtantialis ꝙ̃ accidentalis: que tractãda eſt in libris iſtis qui dicunt̃ de generatione ⁊ coꝛruptione. Cõſtat ꝙ ſcientia iſta tertium obtinet locum partis prime que pars prima eſt de nãlibus vniuerſalibus. ¶ Cũ eni habitũ ſit de mobili in genere in ſcientia libri phyſicoꝝ: de mobili aũt ſimplr̃ ſm̃ ꝙ potentiã habet ad renouationẽ ſitus qui nihil variat in ſuba mobilis in libro de celo ⁊ mũdo ſequitur hec tertia ꝯſideratio mobilis ſimplicis ſm̃ motũ qui eſt ad formam variantẽ eſſe mobilis: ⁊ in hoc completa eſt prima pars vniuerſaliũ nãlium: q2 mobile in vniuerſali nõ habet plures ꝯſiderationes. ¶ Si aũt aliquis dubitat ⁊ dicat q̃ñ nulla ſcientia põt eſſe de hoc: q2 gñabilia ⁊ coꝛruptibilia ſũt variabilia: ⁊ de hoc ſcientia nõ põt eſſe: cum oĩs ſcientia ſit de neceſſarijs: ⁊ neceſſariũ ſimpliciter dictũ ſit imutabile ⁊ eternum ſicut dicit Ariſt. ¶ Sciat de ſubiecto coꝛruptibili rõnes eſſe incoꝛruptibiles: que rõnes principia ſunt ſciẽtiarũ: ⁊ ſic de talibus nõ in numero acceptis: ſed in rõnibus talibus eſſe ſciam ⁊ demõſtrationẽ. ¶ Nec obſtat qð dicit Heraclitus. ſ. ꝙ diffinitiones in mã ſi bone ſunt debent eſſe mãles: q̃ñ aliter logice ſunt ⁊ ex tranſcendentibus ⁊ vane oẽs. ¶ Mãles aũt dicunt̃ que ſunt de forma accepta cũ mã. Forma aũt talis ſemper in mutatione ꝯſiſtit: nec de ea aliqd certi concipi vel dici põt ꝓpter in ſubiecto ꝯtinuã mutationem phyſicus aũt nõ abſtrahit: ⁊ ideo phyſicus ſcientiam de hoc habere nõ põt. ¶ Hec eni rõ Heracliti decipit in equiuoco: q2 abſtractio duplex eſt. ſ. vniuerſalis a particulari: ⁊ ſecũda eſt illa que eſt diffinitio per ea que nõ ꝯcernũt mãm aliquã ſenſibilẽ a qua ſm̃ eſſe dependeant: ſed equalr̃ habẽt eſſe in omni mã. Et prima quidẽ abſtractio oĩs eſt ſcientie: q2 nulla ſcientia eſt quin abſtrahat vniuerſale a particulari: q2 ſue demõſtrationes ⁊ ꝯcluſiones de vniuerſali ſunt: l3 aliquãdo illa diffiniri nõ poſſint: niſi ꝯcernãt ſibi mãm ſenſibilẽ extra quã nec nomen nec rõnem retinent niſi equiuoce: ſicut caro neruus ⁊ os ⁊ oẽs plante ⁊ animalia ⁊ partes eaꝝ: q2 nulla caro eſt que non ſit medium in tactu cõpoſita ex ꝯtrarijs: ⁊ ſimilr̃ de alijs nãlibus eſt intelligẽdum. ¶ Nihilominus tñ phyſicus loquẽs de carne nõ loquit̃ de carne hac idiuidua: ſed potius de carne ſm̃ rõnem carnis qua ab hac idiuidua abſtrahit: vel ſi deſcendit ſub carne ad carnẽ leonis vel hominis non tñ venit ad aliqð indiuiduũ de quo tradat demonſtrationẽ ⁊ ſcientiã. ¶ Abſtractio aũt que eſt per diffinientia que rõnẽ nõ habẽt ab hac vel illa in ſpecie cõſiderata mã eſt mathematici ſicut circulus quẽ ꝯſiderat mathematicus nõ ereus eſt nec ligneus ſed quantus tm̃: ⁊ ideo vna eſt ſua rõ in oĩ mã non equiuoca: q̃ñ nihil eſt de ſua rõne niſi ꝙ ſit figura plana vna linea ꝯtenta: ⁊ hoc ſaluat̃ in oĩ quanto: hoc aũt h3 determinari in 6° phyſicoꝝ. ¶ Dicit̃ autẽ hic liber de gñatione ſimplr̃ ⁊ coꝛruptione duabus rõnibus quarũ vna eſt verioꝛ: q2 de gnõne ſimplr̃ ⁊ de coꝛruptione ſimplr̃ agit̃ in eo. Dico aũt gñationẽ ſimplr̃ vniuerſalẽ: q2 de gnõne que eſt mutatio in vniuerſali agit̃ in primo libro de gñabili in vniuerſali qð eſt ſimplex coꝛpus qð gratia ſui gñat̃: vel ꝑ qð gñat̃ quicquid gñat̃ determinat̃ in ſcðo. Que aũt dicunt̃ in primo libro preter hic ꝓpter illa dicunt̃: ꝓpter diſtinctionẽ eni gnõnis ab alijs motibus qui ſunt ad formas accidẽtales agit̃ ibi de alteratione ⁊ augmẽtatione: ⁊ ꝓpter gnõnẽ coꝛpoꝛis ſimplicis qð eſt elementũ agit̃ ibi de tactu ⁊ de facere ⁊ pati ⁊ de mixtione. Alia tñ rõ eſt que nõ adeo eſt ad ꝓpoſitũ l3 a quibuſdã fuerit aſſignata. ſ. q2 vbicũq3 agit̃ de gñatione ⁊ coꝛruptione in libro primo. Eſt eni ꝯſideratio gñationis in primo: ⁊ gñationis ꝯtracte ad coꝛpus ſimplex ꝯſideratio eſt in ſcðo. Gñationis aũt ꝯſideratio eſt duplex. ſ. ſm̃ eſſentiã ⁊ ſm̃ eſſe. Ea aũt que eſt gñatio ſm̃ eſſentiã eſt gñatio ſimplex dicta: que aũt eſt ſm̃ eſſe ⁊ nõ ſm̃ eſſentiã eſt gñatio quoq3 quidẽ ſm̃ eſſe quale determinat̃ in alteratione ⁊ ſm̃ quãtũ in augmẽtatione. Motus autẽ gnõnis quo tangitur in tactu ⁊ facere ⁊ mixtione in quibus manẽt eſſentie ſm̃ eẽ primũ: l3 fiat in talibus alteratio ſm̃ eſſe contrarioꝛum. In hoc aũt libro ſicut ⁊ in alijs Ariſt. ſequimur nõ dimittẽtes ẽt ea que ex alijs ⁊ ex nobis vtiliter videbuntur addenda eſſe.

¶ De gñatione aũt ⁊ coꝛruptione ſm̃ cauſas nãles ſiue nãliter gñatoꝝ ⁊ coꝛruptoꝝ in hoc libro dicendũ eſt ⁊ vniuerſalr̃ nõ deſcẽdẽdo ad gñationes huius vel illius dicẽdũ eſt hic: q2 ſnĩa vniuerſalis eſt ante particularẽ: cauſe etiã caꝝ hic dicẽde ſunt ⁊ determinãdo eoꝝ determinationes ſiue diffinitiones in cõmuni. Amplius q2 motus ſunt vniuerſales ad formã alteratio ⁊ augmẽtatio. Dicendũ eſt etiã de ipſis qd ſint ⁊ vtrũ extimãdũ ſit ꝙ vna ſit nã alterationis ⁊ gñationis aut ſemota ſiue diuerſa ſicut per nomina diſtinguunt̃: q2 nomen alterationis ſignificat motũ in qualitate gñationis aut nomen ſonat mutationem in ſubſtantia. Tex. c. 1.

¶ Cap. 2ᵐ. De opinionibus antiquoꝛum circa genus generationis ⁊ coꝛruptionis.

Antiquoꝝ quidem ergo quidã gñationẽ ſimplicẽ dicebãt idẽ eſſe alterationi. Alij võ dicebãt aliud eſſe alterationẽ: ⁊ aliud eſſe gñationem. Dico ãt ſimplicẽ gñationẽ que pure ⁊ vere eſt vniuerſalis gñatio mutatio. ſ. in ſubã vniuerſalr̃ de qua intẽdimus hic: ſiue etiã ſimplicem gñationẽ que eſt gñatio elementi: de qua in ſcðo huius voluminis loquimur: q2 ergo hi antiqui diuerſificati ſunt circa genus gnõnis ⁊ alterationis ponẽtes ea in genere vno vl̃ diuerſis: ideo primo dicat̃ de opinione eoꝝ. ¶ Quicũq3 eni3 principiũ oĩum vnũ aliquid dicũt quicquid ſit illud: ⁊ oĩa dicũt generari ex illo vno ſaluato in ſuba ⁊ rõne illis etiã neceſſe eſt dicere ꝙ generatio ſit alteratio: ⁊ q2 ſit in principali ⁊ ſubſtãtiali gnõne op3 dicere alteꝝ. Iſti eni dicũt vnũ ſubiectũ ſaluari in ſuba ⁊ rõne ſicut terrã vnã vel ignẽ vnũ vel aerẽ vnũ vel aquã vel mediũ inter ignẽ ⁊ aerẽ vnũ mutari ⁊ talis mutatio cui ſubijcit̃ idem ſaluat̃ in ſuba ⁊ rõne alteratio eſt: ⁊ ideo ſm̃ eos generatio eſt alteratio. ¶ Quicũq3 aũt ponunt ꝙ principia mãlia ſunt plura ſicut Empe. qui quatuoꝛ poſuit elemẽta. Et Anax. qui oĩa homogenea. i. ſĩlia in partibus ponit ſicut ſanguinẽ carnẽ lignũ ⁊ os ⁊c. quoꝝ partes ſunt ſimiles ⁊ habẽt nomẽ totius. Et Leucippus ⁊ collega eius Democritus qui ponit infinita coꝛpoꝛa idiuiſibilia reſperſa in vacuo. Hi oẽs aliud dicũt generationẽ eſſe ⁊ aliud alterationẽ: q2 eoꝝ principioꝝ ꝯgregatio ſm̃ eos ſit generatio: alteratio aũt dum totum ꝯgregatũ variatur ſm̃ qualitates vere vel apparenter. Dico aũt vere vel apparẽter: q2 quidã ipſoꝝ qualitates ſm̃ rem eſſe ponebant: quidã ãt non niſi apparentiam vt infra patebit in poſitione Democriti ⁊ Leucippi. ¶ Sed tñ Anaxag. ignoꝛauit veritatẽ ſui ſermonis: cũ eni poſuit principia mãlia eſſe multa que ꝯgregatione ⁊ ſegregatione generationẽ ⁊ coꝛruptionẽ faciũt ſequebatur generationẽ nõ eſſe alterationẽ: ⁊ ipſe tñ dixit ꝙ generatio ⁊ alteratio ſũt idẽ: forte ideo q2 nullus eoꝝ vere cognouit formale principiũ: ⁊ q2 latet primo res deinde ꝯgregatione ⁊ ſegregatione homogeneoꝝ incipit apparere: ⁊ hec eſt rei generatio ⁊ latẽtia coꝛruptio: latentia aũt ⁊ apparẽtia nõ dicũt mutationẽ niſi in accidẽte: ⁊ ideo dixit iſte generationẽ eſſe alterationẽ ⁊ ꝯͣriat̃ dicto ſuo: q2 ſm̃ eũ generatio ſit ꝯgregatione homogeneoꝝ que latebãt: ⁊ alteratio variatione paſſionũ circa idẽ in quo apparẽtia homogenea iã dudũ ꝯſtiterãt: multa aũt Anax. dixit elementa mãlia quẽadmodũ alij. Empe. n. ꝓncipia mãlia coꝛpoꝛea q̃tuoꝛ elemẽta eſſe dixit: ⁊

Oꝛdo libri ⁊ intentio

Obiectio

Solo ꝑ qua vide. 4. meta. t. cõ. 22.

Abſtractio duplex.

Nomen libri

eum addidit his duo formalia mouētia.ſ.litē ꝛ amicitiam tūc ſex in vniuerſo ponit principia:ſed Anax.ꝛ Leucippus ꝛ Democritus ꝯueniūt in hoc ꝙ mālia dicūt īfinita eſſe pnci pia.Anaxago.eni oīa omiomera.i.ſimilis gn̄is ponit eē mā lia:quoꝝ pars ſynonyma eſt toti.i.eiuſdē rōnis ꝛ nois cū to to:ſicut os ꝛ caro ꝛ medulla:qꝛ quelibet pars oſſis eſt os : ꝛ quelibet pars carnis eſt caro:ꝛ ſic de alijs. Democritus āt ꝛ Leucippus dicunt ꝙ hec omiomera ꝛ alia componunť ex athomis ſiue corporibus idiuiſibilibus que īfinita ſūt mul/ titudie ꝛ figuratiōe ſiue forma que morphea dicit̄:qꝛ trigo tiā ſunt ꝛ trigona ꝛ rotunda ꝛ pentagona:ꝛ ſic in infinitum. Res aūt que cōpoſite ſunt differūt his athomis ex quibus ſunt poſitione ꝛ ordine athomoꝝ:qꝛ aliā poſitionē habēt tri gona cū rotundis ꝛ quadratis ꝛ ſimilibus in vno qd̄ fit celū ꝛ aliā i alio qd̄ fuit terra:ſimilr̄ aliū habēt ſm ꝙ a dextris vel ſiniſtris ſiue prius ſiue poſterius cōponūt trigona vel rotū/ da:ꝛ ideo differētiā hāc accipiunt generata ſm iſtos duos modos:hec ergo eſt opinio antiquorum circa genus altera tionis ꝛ corruptionis.

¶Cap.3m. De comparatione antiquorum.

SI aūt comparanť dicta antiquoꝝ qui plura di cunt eſſe mālia principia:tūc dicta Anaxag.cō traria ſunt ſm aliqd dictis Empe.qꝛ Empe/ doclici.i.illi qui ſunt de ſecta Empe.dicūt pn/ cipia mālia ꝛ ſimpliciſſima eſſe quatuoꝛ elemē ta.ſ.ignē:aerē:aquā:ꝛ terrā:ꝛ ex his fieri poſte rioꝛa ꝛ minus ſimplicia ea que dicunť partes omiomere.ſ. carnē:os:ꝛ alia de nūero partiū que inueniunť in cōpoſi tis.Anaxagorici aūt dicūt econuerſo.ſ.ꝙ partes omiomere ſunt prioꝛes ꝛ ſimplicioꝛes ꝙ̄ quatuoꝛ illa que dicit Empe. ſ.ꝙ̄ ignis aer aqua ꝛ terra:ꝛ hec quatuoꝛ dicit Anax.ꝯſtitui ex illis. Sunt eni omiomere partes paſpermia vniuerſalia ſemina mālia hoꝝ quatuoꝛ corpoꝝ:lꝫ eni ſint quatuoꝛ corpo ra omiomera:tñ nō ſunt partes omiomere:quia per ſe ſunt ꝯſtituta ſm partes omiomeras. Anaxa.dicit eſſe elementa oīum corpoꝝ:qꝛ pars mālē principiū eſt totius ꝛ omiome/ rū eſt principiū etherogenij.i.diſſimilis in partibus ſicut ho mo manus ꝛ pes:qꝛ nec in homines homo:nec manus in manus:nec pes in pedes diuiditur.

¶Cap.4m. De eo qd̄ neceſſario ſequitur ex dictis eoꝛum.

HIs habitis oſtendamus qd̄ prius diximus.ſ. ꝙ his qui ex vno māli pricipio ſaluato in ſub/ iecto omnia dicunt ꝯſtitui neceſſe ſit dicere ge nerationē ꝛ corruptionē eſſe alterationē:cū eni dicit̄ manere ſubiectū vnū ꝛ idem in mutatio/ ne:tūc dicit̄ ꝙ ſicut mutat̄ alterari: qꝛ tūc non mutat̄ in forma ſubſtātiali:ſed de ſubiecto ſaluato in ſubſtā tia ad ſubiectū alterius accidētis:ſed tale ſubiectū ſaluatū. Dicūt ponētes illud principiū mālē:ergo ſequit̄ ex dicto eo/ rū ꝙ generatio ſit alteratio. His aūt qui genera mālia mul ta faciūt:neceſſe eſt dicere gn̄atiōnē aliā eſſe ab alteratione: qꝛ ipſis neceſſe eſt dicere ꝙ multis mālibus ꝯuenietibus fit gn̄atio ꝛ diſſolutis eiſdem fit corruptio. Sed alteratio non ſic:ſed ſine ſegregatione ꝛ ꝯgregatione partium mālium:cū res alterat̄ variat̄ in accidentibus:ideo enim qꝛ gn̄atio eſt ꝯgregatio partium mālium ꝛ corruptio eſt ſegregatio. Di/ cit eni Empe.qm̄ nā formalis nō eſt niſi mixtura : eo ꝙ ipſe formā perfecte nō cognoſcit nec cognouit:ſed principiū gene ratoꝝ poſuit materiale ꝛ ſegregatio mixture illius eſt nomē corruptionis. Illud igitur ſequitur poſitionem ipſoꝝ:ꝛ ideo manifeſtum eſt eos ſic dicere.

¶Cap.5m. De perfectione dicti eoꝝ qui plura vno dicūt ele menta vt Empedocles.

HAbito aūt eo qd̄ eſt propꝛium ex dictis eoꝝ cō/ ſiderare ꝯtingit ꝙ his qui dicunt ꝙ plura mā/ lia ſunt principia:accidit etiā ꝙ dictuꝫ eoꝝ eſt imperfectum ad conſtruendum ſuam intētio/ nē:qꝛ ſicut habituꝫ eſt ipſis eſt neceſſe dicere ꝙ generatio ſit aliud ꝙ̄ alteratio:ꝛ tñ impoſſibi/ le eſt ſm ea que ab eis dicūtur hic per cauſaꝫ oſtēdetur:hoc autē qd̄ dicimus recte eſt facile videre:per ſimile enim pro/ bamus alterationem eſſe differētem a generatione:qꝛ ſicut videmus in quantitate eſſe motum quieſcente.i.manente ſubſtantia.i.ſubiecto ſm eſſe ꝛ rationeꝫ qui motus vocatur augmentū:ita videmus eodem modo quieſcente ſubſtātia ꝛ ſubiecto motuꝫ eſſe in qualitate que eſt alteratio:ſed in ge neratione non quieſcit ſubſtantia ꝛ ſubiectum idem ſm eſſe ꝛ rōnem:ideo differunt generatio ꝛ alteratio:ſed hoc nō po teſt cauſari ex dictis eoꝝ qui plura ponunt principia mālia qd̄ ſic probatur:qꝛ ſi nō fiat alteratio in primis qualitatibus que ſunt differentie elementoꝛuꝫ:ſi in frigido ꝛ calido : ſicco ꝛ humido nō poteſt fieri alteratio in ſcd̄is que cauſantur ab illis.ſ.in albo nigro:molli ꝛ duro:ſed dicit Empe.non fit al teratio in primis ergo nec in ſcd̄is. Dixit eniꝫ Empe.ꝙ ter ra eſt res frigida dura nigra:ꝛ ſol.i.ignis eſt res alba calida ꝛ ꝙ vnum elementum non imutat alterum. Lꝫ congregenť in vnum mixtum:ergo elementum non imutat elementum extra mixtum nec in mixto ſm qualitatem puta actiuaꝫ vel paſſiuam:ꝛ ideo terra ſemper manet terra ꝛ nunꝙ̄ mutatur in ignem:vnde neceſſe eſt eum ſequi ꝛ in qualitatibus ſcd̄is ꝛ gn̄atis nullam fieri alterationem:qꝛ non alteratur etbero geneuꝫ:niſi qꝛ in eo alteratur homogeneū : nec homogenea pars alteratur niſi alterato elemento qd̄ ꝯſtituit in ipſum:ꝛ ideo elemento non alterato non alteratur homogeneū : nec etherogeneum.ſimiliter non alterat album nec dulce niſi rō/ ne alterationis in ſua cauſa que eſt ca.fri.hu.ꝛ ſic.ꝯſtat ergo ꝙ ex dictis Empe.alteratio cauſari non poteſt cum tamen neceſſe ſit ſibi ponere alterationē a generatione differenteꝫ: ꝛ infra inſufficiens eſt dictum eius : hoc aūt pꝫ in alia rōne. ¶Manifeſtuꝫ eſt enim ꝙ in omni alteratione vna mā ſiue vnum ſubiectum ſupponit̄ duobus ꝯtrarijs ſicut in loci mu tatione qd̄ idem eſt ſurſum ꝛ deorſum motum in quantita/ te idem augmentum ꝛ diminutum. Sed Empedo.nō dicit idem eſſe calidum ꝛ frigidum ſm ſubiectum vt habitū eſt: ergo ex dicto ſuo non cauſatur alteratio. Amplius pꝫ ꝯclu/ ſio rōne ꝯſequentie:qꝛ iſta ſe ꝯſequunť ſi eſt alteratio eſt ſub iectuꝫ idē ſub duobus ꝯtrarijs ſaluatū eſt alteratio:ſed ſm Empedo.nō eſt ſubiectū vnū ſub duobus ꝯtrarijs ſaluatū: nec econtra:ergo non cauſat alterationem.

¶Cap.6m. De eo qd̄ Empe.dicit contra ſeipſum ꝛ contra id qd̄ apparet ſenſu omnibus.

EMpedocles ergo non eſt tm̄ iperfectus in ſuo Tex.c.2. dicto ſed ꝯtraria videt̄ dicere ad ea que appa/ rent omnibus ꝛ ad ſeipſuꝫ. Dicit enim duo in ſimul quoꝝ vnum eſt ꝙ nullum elementoꝝ trā ſmutatur in alteꝝ:eo ꝙ non admittunt differē tias ſuas que ſunt qualitates prime quas ipſe dicit eſſe in terra graue ꝛ durum ꝛ frigidum ꝛ in ſole.i.igne albū ꝛ calidum:ſcd̄m eſt ꝙ ipſe dicit qd̄ quatuoꝛ elementa qn̄ mutanť in vnum chaos ſiue in vnā materiā ꝛ fiunt iterū diſtincta ab illa natura per litem ꝛ amicitiam:ꝛ hoc non po teſt ipſe dicere ꝙ in vnā.ſ.ꝯueniant nām niſi qꝛ poſſunt amit tere ſuas qualitates:nec poteſt dicere ꝙ iterum exeant ab il la natura mixta : niſi qꝛ poſſunt acquirere qualitates : ergo elementa poſſunt alterari ꝛ tranſmutari:nec magis eſt rō: quare magis tunc poſſunt alterari ꝛ trāſmutari ꝙ̄ modo:er go ꝛ modo poſſunt alterari ꝛ tranſmutari vt terra fiat ignis vel aliud elementū:ꝛ hoc eſt qd̄ apparet omnibus. ¶Cū er go ꝯtrarium huius dicat Empedo.dicit contra ſe ꝛ contra apparens. Incertuꝫ aūt eſt etiam dictū huius viri in hoc ꝙ Tex.c.3. ſm illum ſuū dictum nemo poteſt ſcire vtrum vnum princi/ pium ſit multoꝝ:aut econuerſo multa ſint principia vnius: inquantum eni quatuoꝛ ꝯgregata per amicitiam ꝯſtituunt vnum ſic multa.ſ.quatuoꝛ ſunt principia vnius : inquātum aūt iterum per litem quatuoꝛ exeunt ex vno vnum eſt prin/ cipium multoꝝ:ergo neſcitur ex dicto ſuo vtrum ſm vnum ſit elementum ꝛ principium primum vel quatuoꝛ : hec ergo ſunt dicta a ſermonibus eoꝝ qui circa genus generationis errant ponentes eam eſſe alterationem vel motum ſm ſitū qui fit congregatione ꝛ ſegregatione.

¶Cap.7m. De eo ꝙ ſermones antiquoꝝ inſufficientes ſūt circa id quod ſubijcitur generationi. Tex.cō.4.

VNiuerſalr̄ itaqꝫ de generatione ꝛ corruptione ſimplici elementoꝝ dicendū vtrum eſt aut nō eſt:ꝛ quomodo eſt:ꝛ de alijs motibus ſimplici bus puta de augmētatiōe ꝛ alteratione : ꝛ erit nr̄a intētio hic dicere vtruꝫ gn̄atio eſt ex illo ex quo dicebāt eē ātiqui:vt ſicut remouimꝰ erro/

rē coꝝ ꝙ errabāt in eo ex quo eſt gñatio ſiue qð ſubijcitꝛ gñationi: hoc enim eſt neceſſarium cum antiqui non fecerunt
Tex.c.5. hoc. ¶ Plato enim cum ſcrutatus ſit de generatione ⁊ corruptione quomodo ſit in rebus particulariter ⁊ nō vniuerſaliter ſcrutatus eſt: tātū.n. dixit de gñatione elemētoꝝ qualr aūt alia generentꝛ.ſ. carnes ⁊ oſſa: ⁊ alia talia nō potuit ſciri per ſuā artē: qꝛ nō fuit vniuerſalis ars applicabilis oībꝰ: ſed particularis de quibuſdā faciens tractatū: fuit ergo inſufficiens qꝛ non dixit aliquid de alijs motibus vniuerſalibus qui ſunt ad formā ſicut eſt augmentatio ⁊ alteratio: quoꝝ vnus eſt ad formam in quantitate: ⁊ alius eſt ad formam in qualitate. Similiter omnes alij antiqui defecerunt in hoc ꝙ nullus de his aliquid dixit niſi ſuperficietenus ⁊ nō ſubtiliter preter Democritum qui de omnibus motibus iſtis curam videtur habere: ⁊ qualiter differunt adinuicem: precipue aūt de augmentatione nullus aliquid dixit niſi ꝙ quilibet parum ſcrutatus de plano diceret.ſ. ꝙ res augmentatꝛ a re ſibi ſimili: ſed qualiter fiat augmentum nullus dixit: nec etiā de mixtiōe nec de facere ⁊ pati quomodo hoc qui facit: de hoc aūt patitur ſm nāles operationes: cū tñ iſti motus ſine actione ⁊ paſſione fieri non poſſunt.

¶ Cap. 8m. De opinione Democriti ⁊ Leucippi circa ſubiectum generationis.

DEmocritus aūt ⁊ collega eius Leucippus vt diximus ſoli vniuerſalr de omnibus tractauerunt motibus: ⁊ qualiter adinuicem differūt: fecerunt enim poſitione ſua figuras in athomis hoc eſt in corporibus indiuiſibilibus dicētes illa eſſe rotunda trigona quadrāgula ⁊ pētagona: ⁊ ſic in infinitum: ⁊ hec corpora dixerunt reſperſa in vacuo quemadmodum plurime partes apparent in radio ſolis: dicebant in hoc vacuo omnium fieri generationē in athomos congregatione athomoꝝ ⁊ eorūdē ſegregatione fieri corruptionem: ⁊ qꝛ forte putabant figuram corporū naturalem eſſe formam ſubſtantialem ipſoꝝ eo ꝙ quodlibet corpus naturale propriam habet figuram: ideo putabant figuram corporis naturalis componi ex figuris athomorum. Alterationem aūt fieri voluerunt ordine ⁊ poſitione athomoꝝ: qꝛ videlicet infra vel extra diſponunt trigona cū quadratis vel aliter figuratis ⁊ ordinantꝛ ante vel retro ad dextram vel ad ſiniſtram cui rei dabant exemplum in collo columbe que videtur ante aſpicienti griſia ⁊ a dextris conuertenti oculum videtur hēre ſplendorē auri: ⁊ aliter aſpicienti videtꝛ coloris azurini. ¶ Dixerūt aūt figuras īfinitas: ideo qꝛ dubitabāt veꝝ cauſari ex apparentia hominū.i. verū eſſe quicquid apparet alicui in ſenſu vel in opinione ſua: qꝛ de facili transferunt res athomoꝝ ſitu vel ordine: ⁊ ideo aliter videtꝛ vni dicere ⁊ aliter alteri cum vtrūqꝫ tñ verum inducit de re propter diuerſum ſuum rei: ⁊ etiam contraria iudicia de re propter illam cauſam ſunt vera: ⁊ res tota efficitur alia: ⁊ alterius iudicij propter vnū athomū remotū a re vel repoſitū ad ipſam: ⁊ huius exemplum eſſe dicebant in litteris que diuerſo ordine omnis componūt dictiones ⁊ orationes ⁊ vna littera dempta vel appoſita vel aliter ſita iudicium ⁊ ſenſus orationis variatur ſicut apparet in comedijs ⁊ tragedijs. Sunt enim comedie carmina laudis que cantant comici: hoc eſt imitationes geſtoꝝ laudabilium antiquoꝝ. Comes enim grece ſonat latine villa: qꝛ villanoꝝ ꝯgregatione talia cantantur. Tragedie aūt carmina ſunt vituperationis quibus antiquoꝝ vituperia ſimpliciter inter villanos cantātur dicta a tragos qð eſt hircus: qꝛ feda cantantes fetidū animal hircum in remuneratione accipiebant: hec ergo carmina laudis ⁊ vituperij ex eiſdem aliter ordinatis fiunt litteris: ⁊ ſimilr etiā athomi ſe habēt ad materialia corpora ſicut littere ad dictiones vel orationes etiā aliter ordinatis ex eiſdem athomis diuerſa fiunt corpora ſm naturam compoſitione ſitu ⁊ ordine athomorum.

Tex.c.6. ¶ Cap. 9m. Utrū gnō ſit ꝯgregatōe ⁊ corruptio ſegregatiōe.

QUoniam ergo omnes fere in hoc conueniunt ꝙ aliud eſt generatio ⁊ aliud alteratio cum ex alijs fiat generatio ex alijs alteratio: ⁊ qꝛ ſicut dicunt antiqui generatio fit ex congregatione eoꝝ ex quibus fit generatio ſiue ſint athomi ſiue ſint quatuor elementa ſiue omiomera. Alteratio altero modo aūt fit tranſlatione illoꝝ ipſoꝝ ſm ſitum ⁊ ordinem: ideo a ſcientibus phyſicam naturalē de iſtis cōſiderandum eſt. ¶ Hoc enim multas rōnabiles habet queſtiones: ſi enim detur ꝙ generatio eſt quedam congregatio athomoꝝ ſiue aliorum ex quibus res dicitꝛ generari multa impoſſibilia contingunt.ſ. ꝙ forma ſubſtantialis ſitus partium ſit: ⁊ ꝙ generatio ſit quedam loci mutatio in partibus generati: ⁊ ꝙ generatio non ſit mutatio in ſubſtantiam: ⁊ ꝙ in ſubā cōpoſita non ſit niſi vnū cōponēs ſubſtātialr: ⁊ his ſimilia. Sed ſi dicatur ꝙ generatio non ſit congregatio ſūt quedam rationes que non ſunt habiles ſolui que infra patebunt. Si enim dicatur ꝙ generatio non eſt congregatio quedam videtꝛ antiquis aut vniuerſalr nihil eſſe generatio aut ſi eſt videtur non differre ab alteratione. Tunc enim generatio eſt mutatio in cōtinuo non diſſoluto nec congregato ſed ſaluato in partibus. Alteratio aūt ſimiliter eſt mutatio in tali continuo manente. Si vō generatio non eſt ꝯgregatio ⁊ tamen differt ab alteratione. Tunc tentandum eſt diſſoluere rōnem antiquoꝝ iam nuper inductam.

¶ Cap. 10m. Qꝛ impfectius dixit Plato ꝙ̄ Democritus circa ſubiectum generationis.

QUeſtionis aūt illius principiū eſt ꝙ nos iquiramus primo vtrū ſic gñantꝛ.i. ex talibus gñantur ⁊ alterantꝛ ⁊ augmentantꝛ ⁊ ꝯ̄ria his patiuntur entia.i. corrūpuntꝛ ⁊ diminuuntꝛ entia: ſicut dicūt antiqui: vel nō hoc eſt vtrū principia mālia ex qbus fit gñatio ſicut corpora īdiuiſibilia: Tex.c.7.
indiuiſibiliū aūt nullū eſt corpus: qꝛ in hoc eſt magna differētia: ⁊ rurſus ſi nos ꝯceſſerimus dimēſiones figuratas eſſe principia reꝝ: opꝫ prius querere vtrum ille dimēſiones ſint corporee ſicut dicūt Democritus ⁊ Leucippus: aut ſint planities ſiue ſuperficies ſicut dicit Plato in timeo: ſed ſicut in quarto celi ⁊ mūdi diximus incōueniens eſſe corpora phyſica diuidi in planities: vnde nec cōponuntꝛ etiā ex ipſis: qꝛ q̄libet res cōponitꝛ ex his in que diuiditꝛ: ideo magis rōnabile eſt corporꝝ phyſicoꝝ elemēta eſſe corpora īdiuiſibilia lꝫ ⁊ hec multā habeāt irrōnabilitatē. ¶ Iſti eñi qui ponūt corpora īdiuiſibilia cauſare poſſe alteratione aliā entē a gñatione ex ꝯuerſione athomoꝝ cū tactu diuerſo: qꝛ.ſ. rotūdū alicuiꝰ tangit latū ſiue trigonū: ⁊ alicuiꝰ tāgit latū aliud latū: ſicut trigonū tangit tetragonū: ⁊ cernit etiā in hac figura in athomis vt prius dictū eſt: ⁊ hoc facit Democritus: ⁊ ideo etiā colorē nullū dicūt eſſe: qꝛ res coloratꝛ diuerſimode ex cōuerſione ad alteꝝ: ⁊ ideo in apparētia eſt color ⁊ nō in re ⁊ in eſſe. Sꝫ eis qui dicūt corpora in planities diuidi ⁊ cōponi ex illis nō cōtingit cām dicere alterationis aliā ꝙ̄ gñationis: qꝛ qð cōponitꝛ ſm latitudinē ex planitiebꝰ nec gñatꝛ p̄ter ſolida.i. corpora. Dicūt aūt planities cōponi ſm latitudinē: qñ ſuper latitudinē mouetꝛ ⁊ augetꝛ: tūc eñi ꝓfundū recipit: ſi aūt ſm lōgitudinē mouetꝛ vel additionē reciperet ꝓlōgaretꝛ qdē ſupficies ſed nō fieret corpus: qꝛ nō ꝓfundaretꝛ: linea.n. mota ad pūctū ꝓlōgatꝛ: ſꝫ mota ad linee dimēſionē latū facit ſupficiei ⁊ gñat ſupficiē: ⁊ ſupficies mota ad linee dimēſionē latior ⁊ maior efficitꝛ: ſed corpa nō gñat niſi ad latitudis cōpreſſionē moueatꝛ. Paſſiōes aūt ⁊ q̄litates alias Platonici nō ſuſcipiūt gñari ex tali ſupficieꝝ cōpoſitione: ꝙ aūt Platonici minus ꝙ̄ Democriti diſcipuli potuerūt dicere ea que oēs ꝯfitentꝛ.ſ. alterationē ⁊ gñationē: ⁊ differētiā hoꝝ ꝯtingit eis ꝓpter inexperiētiā. ¶ Cū eñi experiētia ſit cognitio ſingularium Plato in his ſtudiū nō poſuit ſed dicebat hec īfinita eſſe nec poſſe eoꝝ fieri diſciplinā ⁊ reſoluit corpora in vniuerſale corpus: ⁊ corpus ſenſibile in corpus imaginabile ſolū quātitatis qð eſt per rōnē ante corpus ſenſibile: ⁊ qꝛ hoc fit motu planitiei ad latitudinē: ideo dicebat corpus ex his fieri: qui aūt magis naturalibus ꝙ̄ vniuerſalibus mathematicis inſudauerunt ſicut Democritus ⁊ phyſici illi magis poſſunt ſupponere talia principia materialia ex quibus multa naturalium complicantur. Qui autē ſunt ex multis ſermonibus cōcinnantibus circa vniuerſalia: ⁊ ſunt indocti circa naturam exiſtentium enuntiant facile.i. non perfecte: qꝛ non reſpiciunt ad multa in quibus eſt natura ſingulorum phyſicorum: ſed potius ad vnum vniuerſale vt dictum eſt.

¶ Cap. 11m. Et eſt digreſſio de ſentētia Platonis circa ſubiectum generationis.

SIc videt̃ digreſſione opus eſſe ꝓpter faciliorez doctrinã: ſciendũ ergo Platonẽ poſuiſſe cõpoſitionẽ phyſicoꝝ corpoꝝ ex pũctis ⁊ lineis ⁊ ſupficiebus. Democritus aũt ex corporibus indiuiſibilibus. Rõ aũt Platonis hec fuit: qꝛ quocũqꝫ pũctus moueat̃ ſequit̃ indiuiſibile: ⁊ ideo nõ perficit motu ſuo niſi lineas inter duo pũcta exiſtentes. ſ. pũctũ vnde motus: ⁊ pũctũ in quo ſiſtit motus: trãſitus aũt pũcti medius nõ fuit niſi puncti: ⁊ ideo lineã eſſe vniuerſalr̃ ⁊ ſubſtãtialiter ex pũctis Plato eſſe dicebat a ſimili rõne linea ſm ꝙ eſt mota ad dimẽſionẽ mediaꝫ ꝯſtituit ſuperficiẽ: ⁊ id qȯ tranſit quaſi fluẽte eſſentia nõ eſt niſi linea: ⁊ ideo eſſentialr̃ dicebat ſuperficiẽ eſſe ex lineis ſimilr̃ quaſi ꝓcedẽte ⁊ fluente eſſentia ſuperficies ad latitudinem mota eſſentialiter ꝯſtituit corpus: ⁊ ideo corpus eſſentialr̃ eſt ſuperficies. Si aũt linea motu ⁊ fluxu ſuo ſequeret̃ punctuꝫ non eſſet ibi fluxus niſi pũcti: ⁊ ideo non niſi linea lõgior ꝯſtitueret̃: ſimiliter ſi ſupficies ſequeret̃ fluxu ſuo lineam nõ ꝯſtitueret niſi ſuperficiem maiorẽ: corpus aũt non ꝯſtituit quicqꝫ aliud: qꝛ non poſſunt eſſe plures dimẽſiones. Et forte Plato nõ peccauit mãlem eſſentiam linee ponẽdo punctũ: ſiue in ponẽdo mãlem eſſentiam ꝯtinui eſſe punctũ: qꝛ lꝫ ab indiuiſibili qȯ actu eſt in ꝯtinuo põt eſſe ⁊ forte eſt mãlis eſſentia eiuſdem: ꝯtinuum tamen non diuiditur in puncta: qꝛ non diuiditur per materiam ⁊ formam: ſed per partes quantitatiuas que potentia infinite ſunt in ipſo: peccauit autem Plato dicens hec eſſe elemẽta corpoꝝ nãlium: quoꝝ potius elementa ſunt forma ⁊ mã. Et hec ſufficiãt de ſnĩa Platonis.

¶ Cap. 12m. Et eſt digreſſio de intentione Democriti circa ſubiectum generationis.

Tex. c. 7. DEmocritus aũt videbat ꝙ omnia naturalia etherogenea cõponunt̃ ex ſimilibus ſicut manus ex carne ⁊ oſſe: ⁊ huius ſimilia nõ cõponũtur ſm eſſentiam ex minimis que actionẽ forme habere poſſunt: lꝫ eni nõ ſit accipere minimũ in partibus corporis ſm ꝙ eſt corpus: qȯ aũt nõ poſſit accipi minus per diuiſionem: tamen eſt in corpore phyſico accipere ita paruã carnem qua ſi minor accipit̃ operationem carnis non perficiet: ⁊ hoc eſt minimũ corpus non in eo ꝙ corpus: ſed in eo ꝙ phyſicuꝫ corpus: ⁊ hoc vocauit athomũ Democritus: ⁊ qꝛ hoc mãle eſt ad totũ corpus ⁊ totũ componit̃ ex pluribus mãlibus partibus: ideo dixit ex talibus phyſica corpora componi: ⁊ nõ errauit ſi de cõpoſitione quãtitatiua ⁊ phyſica itellexerat: ſed errauit in hoc ꝙ nõ vidit cõpoſitionẽ eſſentialẽ primã que eſt ex forma ⁊ mã: minima eni caro cõpoſita eſt ex mã ⁊ forma: ⁊ ideo eſt cõpoſitio eſſentialis que conſtituit̃ per generationẽ ⁊ cõpoſitionẽ quantitatiuã de qua loquebatur Democritus. ¶ Ex his ẽt patet qualiter nõ nãliter ꝯuenit dictũ Platonis cũ veritate nature in hoc ꝙ ſicut dicit Plato. Omnis cõpoſiti nã fluit ab indiuiſibilibus ⁊ cõponentibus: ſed deuiat a veritate in hoc qȯ dicit cõpoſitũ phyſicũ nõ a phyſicis cõponi pricipijs. Sed Democritus in hoc deuiat a veritate ꝙ dicit illa eſſe minima corpoꝝ phyſicoꝝ athomalia: que ſi vlterius diuidant̃ nõ habẽt actionẽ phyſicã cũ ipſa minima ſunt operãtia phyſice que ſunt mã ⁊ forma ſimplicia que dicunt̃ minima quãtitate ſed maxima virtute ꝯſtituẽdi generatũ phyſicũ.

¶ Cap. 13m. De differentia dictoꝝ Platonis ⁊ Democriti: ⁊ qualr̃ Democritus obuiat Platoni.

Tex. c. 8. HIs prenotatis redeũdũ eſt ad id de quo intendimus: ⁊ viã Ariſt. ſicut icepimus teneamus: ex dicendis eni poterit aliquis videre ꝙ differũt phyſice ⁊ logice. i. ex trãſcẽdẽtibus intẽdẽtes in principijs. Plato eni logice loquẽs dicit principia dimẽſiones idiuiſibiles: qꝛ ſupficies idiuiſibilis eſt ſm ꝓfundũ: ⁊ linea ſm latũ ⁊ pũctũ ſimpliciter rõne logica vtens que ducit ad impoſſibile: qꝛ ſi talia nõ ſint principia: tũc ante trigonũ multe erũt ſuperficies. Omne eni ante qȯ nihil eſt: aut qȯ reſoluit̃ alia p diuiſionẽ eſt principiũ eoꝝ que reſoluunt̃ in ipſuꝫ: ſed trigonũ non põt diuidi in alias ſuperficies: qꝛ ſi ductis lineis ab angulis ad cẽtrũ trigonus diuidat̃: nõ diuidit̃ niſi in trigonos ⁊ non in alias ſupficies que formalr̃ differãt ab ipſo: quadratũ aũt ⁊ quelibet alia figura ſi ab angulis ad cẽtrũ ductis lineis diuidat̃ in tot trigonos ſcribit̃ ⁊ quot hꝫ angulos: ⁊ ideo cõponitur ex trigonis: ⁊ ſimilr̃ alia figura: qꝛ elemẽtũ eſt ꝙ vna forma nõ diuidit̃ in formã aliã ⁊ eſt principiũ in cõpoſitiõe. Democritus aũt ꝓprijs ⁊ phyſicis ſermonibus videt̃ facere pſuaſiõe in eo qȯ ponit phyſica ex phyſicis cõponi: ⁊ hoc erit manifeſtũ in pcedẽtibus. Habet ãt queſtionẽ ſi quis ponat corpus eſſe magnitudinẽ oĩno diuiſibilẽ. i. ſm latũ lõgũ ⁊ ꝓfundũ diuiſibilẽ: ⁊ dicat poſſibile eſſe ꝙ ipſuꝫ in oĩ ſua dimẽſione diuidat̃: vtrũ aliqd ſit poſt diuiſionẽ remanẽs ꝙ ſic effugiat diuiſionẽ ꝙ ipſum oĩno ſm quãtitatẽ ſit indiuiſibile: hoc eni indiuiſibile erit principiũ cõpoſiti diuiſibilis ſicut dicebat Plato: voco aũt oĩno diuiſibile qȯ diuidi põt ſm eſſe in oẽ punctũ qȯ eſſentialr̃ ⁊ potentialr̃ eſt in ipſo: qꝛ ita oĩno diuiſibile. Dixit Plato magnitudinẽ: ſi eni oĩno ſit diuiſibile ꝙ ſic diuidat̃: tũc. n. eſt diuiſuꝫ ſimul ſm oẽ pũctũ ſiue actu diuidat̃ ſiue nõ cũ dicat̃ poſſibile in infinituꝫ ſic diuidi nihil ſequit̃ impoſſibile: qꝛ falſo ⁊ nõ impoſſibili poſito qȯ accidit eſt falſum ⁊ nõ impoſſibile. Si aũt forte tu dicas ꝙ nõ ſimul ſm totũ eſt diuiſibile ad infinita ſed poſt ſucceſſiuã diuiſionẽ entis vt. ſ. prius ſm mediũ diuidat̃: ⁊ poſtea reſiduũ iterũ ſm mediũ in tãta diuiſione: ⁊ ſic in infinitũ videt̃ ꝯtrũ: qꝛ ſi ſm mediũ punctũ eſt diuiſibile cũ vna ſit rõ de pũcto qui eſt iuxta mediũ pũctũ ⁊ de medio pũcto ſimilr̃: ⁊ de oĩbus punctis ſimilr̃ que infinita ſunt inter extrema in ꝯtinuo: ſed infinita pũcta ſimul diuiſibile erit: ⁊ nihil eſt ipoſſibile ex hoc naſcens per ꝯñam ſiue illa ſint mille millia ſiue infinita: ⁊ erit ſimilr̃ eſt in infinitũ diuiſibile q̃ꝫuis nullus diuidat: ergo cõponit̃ ex infinitis indiuiſibilibus pũctis: hec ergo ſunt que faciũt Platoni dubitationẽ. Cõtra que obijcit Democritus: qĩa. n. oĩno. i. vbiqꝫ in oĩ pũcto tale eſt corpus ſm Platonẽ diuidat̃: q̃ro igit̃ quid erit relictuꝫ qȯ ex tali diuiſione aut erit dimẽſio aut nõ: ꝯſtat ꝙ nõ dimẽſio: qꝛ relictũ in diuiſione eſt terminus diuiſionis: dimẽſio aũt nõ terminat diuiſionẽ cũ corpus oĩno ⁊ ſm oẽm dimẽſionẽ diuiſibile eſſe ſupponat̃: ſi aũt nõ dimẽſio erit reſiduũ qȯ qdẽ nullus corpus eſt in aliqua dimẽſiõe que ſit ſupficies: vel ſi in ea aut nihil erit reſiduũ aut pũctus eſt reſiduus poſt diuiſionẽ que pũcta erãt ſine dimẽſione: ſi aũt nihil reſiduũ eſt: ſed ex eis cõponit̃ corpus que reſidua ſũt poſt diuiſionẽ: ergo etiã corpus cõponit̃ ex nihilo: ergo ẽt cõpoſitũ mãlr̃ ſit cõponẽtia oẽ cõpoſitũ vtriqꝫ ergo nihil erit ſm rẽ ſed tm̃ apparẽs eſſe. Similr̃ aũt ſi dicat̃ ꝙ pũctus eſt reſiduus diuiſioni cũ pũctus nõ habeat quãtitatẽ que in ipſo nõ eſſet erit quãtitas: ergo cõpoſitũ nõ eſt quãtũ: qñ eni vnita ſe tãgũt ſm Platonẽ: ⁊ vna dimenſio mãlr̃ erãt nõ faciebãt totũ maius ſed potius ptes quãtitatis hoc faciũt: ſi eni diuidat̃ eſſe ſuũ totũ in duo vel tria tm̃ eſt totuꝫ quãtũ ille ptes diuiſe ⁊ ecõuerſo: quapropter ſi oẽs cõponantur pũcti ſi dicant̃ mãles eſſe ad totũ ꝯſtituẽdũ nõ faciũt magnitudinẽ aliquã in toto ſicut nec in ſe hñt: pars eniꝫ mãlis nõ dat toto maiorẽ magnitudinẽ quã in ſe hꝫ. ¶ Si ãt forte aliqs dicat ꝙ corpus ad pũcta nec diuidit̃ ſed ad ſupficies que dicũt̃ grece pariſimie: qꝛ pari circũſonat ⁊ ſimia eſt purgamẽtũ pomi a curuitate dictũ: qꝛ ſupficies circũuoluit corpus: ⁊ ſic reſiduũ diuiſiõis corpis ſit dimẽſio: ⁊ ex illa cõpoſitio corpis egrediat̃ idẽ ſermo erit qui prius. Qualr̃ eni põt dici ꝙ poſt diuiſionẽ oĩno factã remanet diuiſibile: ſimiliter quõ põt dici in ꝓfundũ diuiſibile ſiat ex pariſimia in ꝓfũduꝫ nullã habẽtẽ dimẽſionẽ. Si ãt tu dicas ꝙ reſiduũ diuiſionis eſt nõ corpus nec aliqȯ pncipiũ corpis: ſed eſt ſpẽs ſiue forma accidẽtalis ſiue paſſio que per diuiſionẽ ſubiecti a ſubiecto ſeparat̃ ⁊ remanet poſt diuiſionẽ ⁊ pũcti ⁊ magnitudo. i. que eſt ex pũctis ſeparatis aut tactis in ꝯtinuo eſt patiẽs habẽs paſſionẽ ⁊ poſtea ꝯſtituẽs corpus ſenſibile: hoc eſt icõueniẽs ſ. ꝙ nõ ex dimẽſionibus ꝯſtituat̃ dimẽſio. Amplius quodlibet vbi eſt illoꝝ pũctoꝝ ⁊ ꝯſtituẽtiũ cõpoſitũ ⁊ in que cõpoſitum diuidit̃ eſt ſicut in 4° phyſicoꝝ dr̃: neqꝫ vna differẽtia ſit loci pũcti ⁊ pũcti. Adhuc illi pũcti aut ſũt imobiles aut mutati: qꝛ nihil imobile gñat̃ nec ex ipſo eſt gñatio imutati aut eſſe nõ poſſũt: qꝛ nihil indiuiſum mouet̃ vt in 6° phyſicoꝝ eſt declaratũ. Adhuc illi pũcti nõ tangunt ſe: qꝛ tactus eſt ſemper vnus duorum ſe tangentium in tertio qui eſt alius ab ipſis tangentibus: quia ſe tangunt quorum vltima ſunt ſimul: pũctus autem non habet vltimum. Si aũt non ſe tangant tũc

ad cōpoſitionē totius nō ꝯueniunt. Diuiſio enim eſt in puncto:ſed nō diuidit:⁊ tactus eſt aliqñ ⁊ aliquoꝝ in pūcto:ſed nō tangit ſe pūctus neqꝫ tangit:hic ergo ꝯtingūt īpoſſibilia. Si aliquis ponit aliqđ ꝑdictoꝝ aut ſi ponit corpus eſſe quātitati oīno.i.ſm quodlibet pūctū in eo mālr exiſtens diuiſibile. ¶Amplius ſi ego diuido lignū in aliquotū ⁊ cōpono id poſtea erit quo ad quātitatē equale ⁊ vnū cōpoſitū ⁊ diuiſū: qꝛ facte ſunt partes:qm̄ eſt totū quare vnūquodqꝫ totuʒ tm̄ eſt ⁊ nō maius vel minus quāte ſunt partes ex quibus ſufficiēter cōponit ſiue ꝯſtituit:quapropter manifeſtū ꝙ ſic ſe habet etiam ſi diuido lignū ſm quodlibet ſignū.i.pūctū in quo ſignat cū diuidit.ſ.ꝙ totū eſt tātū quāta ſunt pūcta in que diuidit:⁊ hoc eſt incōueniens ſicut patuit prius:ergo ſm Platonē ꝯtinuū oīno ⁊ vniuerſalr in partes eſt diuiſibile:qđ ergo eſt relictū poſt diuiſionē qđ ſit preter diuiſionē:qꝛ diuiſibile nō poteſt eſſe relictū vt habitum eſt:ſi enim relinquat paſſio equalr aliqua qualiter pōt eſſe ꝙ corpus diuidat in paſſionē que non eſt in eo velut quedam pars:⁊ iteꝝ qūo generat corpus ex paſſione que nō eſt corpus:⁊ iteꝝ quomodo ſeparat per diuiſionē paſſio a corpore cū impoſſibile ſit eā eſſe ſine corpore in quo eſt:ſi ergo nō eſt paſſio remanēs ⁊ īpoſſibile eſt ex pūctis eſſe magnitudinem vt prius habitū eſt: neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eſſe ⁊ magnitudinem indiuiſibilem relictam poſt diuiſionem ex quibus generat corpus phyſicum vt dicit Democritus:ſed hoc ponentibus nō minus ꝯtingit impoſſibile. Scrutatum autem eſt de his in aliis:qꝛ in phyſicoꝝ libro ⁊ celi ⁊ mundi.

¶Cap.14m. Et eſt digreſſio declarans cauſam deceptionis Platonis.

Corpus eſſe diuiſibile ī īfinitū veꝝ ē de mathematico corpore:nō āt de nālī:ſʒ ꝯſidera īſtātiaʒ ex cō.60.tertij phy.

DIgreſſionem aūt faciemus hic ad notitiaʒ dictoꝝ ⁊ dicendoꝝ ꝯſiderando cauſam deceptionis Platonis:cū enim dicitur corpus eſſe diuiſibile in infinitū nō eſt hoc veꝝ de nāli corpore:minimū enim in illo accipit:⁊ id eſt qđ operationē corporis nālis perficere pōt: qꝛ ſi diuidat corrumpit ab operatione ⁊ eſſentia:qꝛ alterantibus reſiſtere non pōt:ſi ergo ꝯcedat corpus diuidi in infinitū ⁊ ex infinitis componi nō eſt ꝯueniens ꝙ hoc veꝝ ſit de nāli corpore. Amplius tm̄ de quātitate mathematica dicit ꝙ eſt diuiſibilis in infinitū intelligit nō actu: eſt enim ipſa actu diuiſa inter duo media in pūcto medio ita vt nō accipiat mediuʒ per equidiſtantiā:ſed ſm largam acceptionem medij ſm ꝙ mediū eſt qđ eſt inter extrema:hoc enim mediū eſt in quanto potentia ⁊ ſit actu qñ in ipſo ſit diuiſio:qđ aūt dicit Plato ꝙ eadē ratio ſit in illo pūcto de ꝓprimo ſibi ꝯiuncto:dicendū ꝙ nullū eſt ꝓprimū:qꝛ nō punctū ſed ꝯtinuū ꝯiunctū eſt illi. Si autem dicat aliquis ꝙ anteꝗ̄ diuidatur vna eſt rō de oibus pūctis intermedijs:⁊ ſic in quēlibet diuidi poteſt. Similr dicendū ꝙ veꝝ ꝙ eſt vna rō de oibus quo ad hoc ꝙ in quolibet pōt fieri diuiſio:ſi tm̄ diuidat in vno tūc nō pōt fieri diuiſio in ꝓprimo:qꝛ ſi punctus nō ꝯtinuaret pūcto ⁊ inter pūctū ⁊ pūctū non eſſet ꝯtinuū:qꝛ oia impoſſibilia ſunt oſtenſa eſſe in ſexto phyſicoꝝ. vnde multa ſunt poſſibilia que non ſunt cōpoſſibilia:poſſibile eſt enim ⁊ vtrūqꝫ ꝯtrarioꝝ ꝯtingētiū verificari nō tm̄ ſimul vera exiſtunt:ſic eſt poſſibile in quolibet pūcto ꝯtinuum diuidi non tm̄ ſimul ſed ſucceſſiue: qꝛ aliter infinitum altitudine erunt vel eſſent actu qđ in 3° phyſicorum improbatum eſt. Cum ergo dicit Plato corpus vel magnitudinem vbiqꝫ eſſe diuiſibilem reſoluēda eſt locutio in hoc:poſſibile eſt magnitudinē vbiqꝫ eſſe diuiſibilem:⁊ diſtinguēda eſt hec ex cōpoſitione ⁊ diuiſione: qꝛ ſi aduerbiuʒ vbiqꝫ determinēt verbū poſſibile vera eſt:qꝛ tunc ſenſus eſt vbiqꝫ.i.in quolibet pūcto poſſibile eſt magnitudinē diuidi: ſi autem determinent verbum diuiſionis eſt falſa ⁊ eſt ſenſus poſſibile eſt vt magnitudo vbiqꝫ.i.in quolibet pūcto diuidat:hoc eſt falſum vt prius patuit.

¶Cap.15m. Et eſt digreſſio manifeſtans qualiter quantum ſit diuiſibile in infinitum.

AMplius obſeruandū ꝙ ois quantitas fluit ab indiuiſibili ſicut prenotauimus:ſi enim fluxus pūcti eſſentialis accipiat abſqꝫ dubio lineam ꝯſtituet:⁊ linea ſuperficiē ⁊ ſuperficies corpus: ⁊ ideo vbiqꝫ in linea eſt pūctus potentialr ⁊ linea vbiqꝫ in ſuꝑficie:⁊ ſuꝑficies vbiqꝫ in corpore potentialr:⁊ ideo punctus dupliciter ſe habet ad lineam:ſi eni linea ꝯſideret vt eſſentialis fluxus pūcti:pūctus eſt pars mālis vel mā ipſius:⁊ ſimilr linea ſuperficiei ⁊ ſuꝑficies corporis. Si aūt linea formalis accipiat prout ab Euclide dicit longitudo terminata ad duo pūcta:ſic duo pūcta formalr ſunt in linea ſm actū forme qui eſt terminare ⁊ finire: ⁊ ſic pūctus aliquo modo eſt forma linee:ꝑmo aūt modo cōſiderando quantum ꝯtinuitas forma eius eſt:que qꝛ a quātitate nulla diuiſione ſeparabilis eſt:ideo in infinitū diuiditur nec diuiſio linee vnꝗ̄ attingit punctū niſi prout poſitum in ꝯtinuo:⁊ ideo nunꝗ̄ ſeparat punctum:ſed pars ꝯtinui ſeparat in omni facta in ꝯtinuo diuiſione:⁊ ideo non niſi ſucceſſiue vt dictum eſt diuiſibile in infinitum.

¶Cap.16. De ſolutione queſtionis qualiter magnitudo diuiſibilis eſt ſm quodcūqꝫ ſignum:⁊ qualiter non.

HIs dictis redeā ad ꝓpoſitū qđ ex dictis planū erit tentandū:eſt enim ſoluere queſtionē ⁊ repetamus eā a principio: dicamus ergo ꝙ non eſt incōueniēs eſſe corpus ſenſibile ſiue phyſicū eſſe diuiſibile ſm quodqꝫ ſignū:⁊ etiā eſſe indiuiſibile ſʒ quodqꝫ ſignū:qꝛ hoc duplex eſt vt diximus. Eſt eni diuiſibile ſm quodcūqꝫ ſignum poteſtate: qꝛ ſic determinatio que dicit ſm quodcūqꝫ ſignū ſiue vbiqꝫ ſiue omnino vel quecūqꝫ alia determinatio dicat reſpicit potentiā nō actum diuiſionis ⁊ eſt indiuiſibile endelechia ſiue actu:tūc qꝛ determinatio reſpicit actū diuiſionis:⁊ ideo impoſſibile eſt inſimul ⁊ ſimul vna diuiſione ꝯgregata nō ſucceſſiua poſſibile ſit diuidi oino ſiue ſm quodcūqꝫ ſignum: ſi enim hoc eſſet poſſibile:tūc ſi eſſet aliqñ qđ falſum eſt: nō tm̄ dicemus ꝙ ſimul ſit ſm actū diuiſibile ſm quodcūqꝫ ſignuʒ ⁊ indiuiſibile ſm quodcūqꝫ ſignū:ſed vnū potentia: alteruʒ actu exiſtit:ſi eni ſm actū diuideret ſm quodcūqꝫ ſignū: tūc nullū corpus eſſet relictū poſt diuiſionē ⁊ eſſet corpus corruptū icorporeū ⁊ gn̄atū eſſet rurſus incorporeo qđ eſſet pūct⁹ vel nihil:⁊ hoc qūo poſſet eſſe. Sed qm̄ ſm veritatē diuidit corpus in quāta diuiſibilia ⁊ ſemꝑ ſuccedētibus diuiſionib⁹ ⁊ in minores magnitudines que abinicē per diuiſionē ſemota ⁊ ſegregata:hoc etiā eſt manifeſtū ſʒ ꝙ dixit etiā Democritus. Similr etiā ſm poteſtatē diuidētis cuiuſcūqꝫ nature vel artis nō pōt eſſe deciſio infinita ſimul:qꝛ nullus ſimul pōt diuidere ⁊ ſeparare quodcūqꝫ ſignū.i.pūctū ſignās diuiſum:qꝛ hoc a ꝯtinuo nō eſt ſeparabile:⁊ ideo nō poſſum⁹ diuidere niſi vſqꝫ ad qđ hoc eſt ad aliqđ ſui qđ eſt quātitatiua pars ipſi⁹:ergo neceſſe eſt ꝙ diuiſe ſint magnitudies q̄dā īdiuiſibiles ⁊ iuiſibiles ſm ꝙ Democritus dixit phyſica diuidi in athomos īdiuiſibiles:⁊ hoc etiā manifeſtū eſt: qꝛ ſic ex talibus fieri pōt gn̄atio per ꝯgregationē taliū athomoruʒ ⁊ corruptio per ſegregationē eorūdē ſicut dicūt antiqui fieri generationē ⁊ corruptionē:hic eſt ergo ſermo qui cogit Democritū ponere principia materialia corporum phyſicorum eſſe magnitudines indiuiſibiles. Tex.c.9.

¶Cap.17m. Plato latet paralogizans.

AD ſolutionē āt paralogiſmi Platonis nō ſufficit diſtictio dicta qualr corp⁹ diuiſibile eſt ſm qđcūqꝫ ſignū:⁊ qualr īdiuiſibile vbi ēt dicam⁹ qualr ſiue in quo latet:qm̄ eni pūct⁹ nō eſt puncto ꝯtinu⁹:tm̄ dī ꝙ magnitudo vndiqꝫ eſt diuiſibilis:eſt hoc aliqualr veꝝ de magnitudine:⁊ aliqualr falſuʒ ē:tm̄ qñ ponit hoc Plato ꝙ vndiqꝫ ſit diuiſibilis:tūc videt ſibi ꝙ vndiqꝫ ⁊ vbiqꝫ in magnitudīe pūctus ſit ꝯtinu⁹ vel ꝯtigu⁹ pūcto:⁊ iō ſm eū neceſſe eſt diuidē magnitudinē in nihil ſiue in pūcta vt diximus:eo ꝙ ipſe vbiqꝫ ponit pūctū eē poſſibilē accipi ꝑ diuiſionē:⁊ iō dici magnitudinē aut ex tactis pūctis aut ſimplr ex pūctis eē:ſʒ hoc ē falſuʒ:nō.n.iō pūct⁹ exiſtit vbiqꝫ:qm̄ magnitudo eſt v̇a.i.vni⁹ modi vbiqꝫ:nec ēt iō pūct⁹ pōt vbiqꝫ:qꝛ añ diuiſionē variatio eſt de quolibʒ pūcto itermedio:vl ꝙ oēs ſūt vt vnuſqſqꝫ quo ad hoc ꝙ diuiſio pōt fieri in quolibʒ:qꝛ plures pūcti nō ſūt vna vl ſimul eo ꝙ nō ſūt in ꝯtinuo ꝯtigue:q̄propter ēt nō ſūt vbiqꝫ actu ſʒ potētia ſolū:ſi.n.magnitudo diuiſibilis dicet eē ſm mediū pūctū īfinitū īfert Plo:ꝙ ēt ſm ꝯtiguū pūctū ſit diuiſibilis:⁊ iō ꝯtigu⁹ pūct⁹ ſit ſeꝑabilis ꝑ diuiſionē:nō āt ſic diuiſibilis:qꝛ dicit ſignū diuiſiōis nō eſt ꝯtiguū ſigno:nec pūctū abſolute ꝯtiguū eſt pūcto:ſʒ in hoc pūcto medio eſt diui-

ſio:qñ diuiditur magnitudo aut cõpoſitio: qñ componitur qꝛ linea diuidit̃ in puncto ⁊ linea linee ꝯiungit̃ in puncto:qꝛ ꝓpter ꝯgregationẽ ⁊ ſegregationẽ continui eſt abſqʒ dubio. Sed Plato tñ non in athoma.i.ſimplr̃ indiuiſibilia nec ex athomis:qꝛ hoc dato multa ꝯtingũt impoſſibilia:nec ita eſt ſegregatio vt vbiqʒ.i.in quolʒ pũcto fiat diuiſio:hoc.n.vtiqʒ eſſet ſi pũctus ꝯtinuus eſſet pũcto ſed ſegregatio eſt in parua ⁊ minima:⁊ congregatio ex minimis phyſici corporis ſm quantitatem ſolum vt dicit Democritus.

¶ Cap.18m. Qꝙ ſimplex gñatio ⁊ corruptio non fit per aggregationem ⁊ ſegregationem.

Tex.c.10. Sed tñ ſimplr̃ ſiue vniuerſalis ⁊ perfecta ſiue ea que ſube eſt gñatio nõ eſt determinata ſm veritatẽ fieri ꝯgregatiõe tali ⁊ ſegregatione:ſicut inquiũt qdã antiquoꝝ:⁊ fuit cã dicti eoꝝ: qꝛ ꝙ trãſmutatio que fit in continuo ſubiecto manẽte eſt alteratio:⁊ ideo vt diſtingueret̃ ab alteratione gñatio dicebãt gñationẽ fieri per ꝯgregationeʒ ⁊ corruptionẽ per ſegregationẽ:ſed hoc eſt in quo falluntur oia dicta eoꝝ:qꝛ ſimplex ſube gñatio ⁊ corruptio nõ eſt ꝯgregatione ⁊ ſegregatione minimoꝝ quãtoꝝ aut diuiſum: ſed qñ ꝯtingit hoc totũ qꝺ eſt potẽtia trãſmutari in hoc totum qꝺ eſt actu. Hi aũt de quibus dictũ eſt exiſtimãt oẽm talem trãſmutationẽ que eſt de hoc toto in hoc totũ eſſe alterationẽ. In hoc aũt eſt differẽtia ꝙ in ſubiecto tranſmutationis aliqñ ſaluat̃ res per rõnẽ vnã ⁊ formã vt Socrates albus ⁊ Socra.niger. Aliqñ aũt nõ ſaluat̃ niſi ſm materiã eandeʒ ⁊ nõ ſm rõnẽ ⁊ formã vt qñ aer fit ignis qñquidẽ eſt trãſmutatio in ſaluatis ſm mãm:⁊ nõ ſm ſpẽm ⁊ formã eſt trãſmutatio illa gñatio vel corruptio:qñ aũt eſt trãſmutatio in paſſionibus:⁊ ſm accñs ſaluato ſubiecto eodẽ in rõne ⁊ forma: tunc eſt alteratio. Dicamus ergo ꝙ ſegregatio ⁊ ꝯgregatio corporis phyſici nõ ſũt gñatio ⁊ corruptio ſed faciunt ad hoc ꝙ res citius generet̃ vel corrũpat̃: ſi enim aqua diuidat̃ in paruiſſimas aquas citius generat̃ ex ea aer:⁊ ſi inſpiſſet̃ in glatiem vel modicã quantitatẽ generat̃ aer tardius ex ea: hoc aũt in ſequẽtibus magis erit manifeſtuʒ. Sed nunc tñ determinatũ ſit:qꝛ eſt impoſſibile gñationẽ eſſe talẽ ꝯgregationem qualẽ quidã inquiunt.ſ.quãtitas minimaꝝ partiuʒ principioꝝ quantitatis:forte enim non longe a veritate ſi diceretur eſſe congregatio forme cum materia.

¶ Cap.19m. An ſit generatio:⁊ de ſolutione obiectionis eoꝝ qui dicunt non eſſe generationem.

Tex.c.11. Determinatis aũt his poſtea videnduʒ vtruʒ generat̃ ſimpliciter aut corrũpit̃ aliquid vt prima nã queſtio ſit:an ſit gñatio:⁊ ſcꝺa quid ſb̃iiciꝉ generationi:⁊ tertia quare ꝯtinua ⁊ infinita ſit generatio:⁊ quarta ꝓpria gñationis inquiremus: ⁊ gñationis ab alteratione diſtinctionẽ. Habet enim queſtionẽ vtrũ aliquid ſimplr̃ ⁊ ſubſtãtialiter generet̃ vel nunqʒ ſimplr̃ generat̃ aliquid:ſed ſemp generat̃ ex aliquo accidente in aliqꝺ accidẽs ſaluato ꝯtinuo corpore phyſico ſm eſſe ſubſtãtiale:verbi gratia ex laborãte ſiue infirmo generat̃ ſaluus quãdo ſaluat̃:vel ex ſano infirmus:qñ infirmatur:aut ex paruo magnus:qñ augeꝉ vel ecõuerſo ex magno paruus: qñ diminuit̃ ⁊ oia alia hoc modo ꝯcurrentia. Obiiciunt quidam negãtes gñationẽ ſimpliceʒ eſſe:ſi enim det̃ generatio ſimpliciter dicta:opʒ vtriqʒ ꝯcedere ꝙ ens ſimplr̃ qꝺ eſt ſubſtantia generat̃ ex motu ente ſimpliciter:ergo qꝺ ſimplr̃ nõ eſt ex iſtis quibuſdã generatis vt ſit ſubiectũ generationis eoꝝ:ſicut enim ſe habet nõ ens aliquod ad quãdã ſiue ſm quid generationẽ:ꝙ ita ſe hʒ ſimpliciter nõ ens ad gñationẽ ſimplr̃ ſed quedaʒ generatio ſicut albi gñatione ex nõ ente quodam:qꝛ ex non albo:eſt ergo generatio etiã ſimplr̃ ex ſimplicitate nõ ente:ſi aũt hoc ꝯcedat̃ procedemus dicẽtes ꝙ cũ dicimus ſimplr̃ ens aut ſimplr̃ nõ ens aut ſignificat ſubãm que eſt primũ ⁊ principale predicamẽtũ:aut ſignificat vniuerſale qꝺ omnia cõprehendit in ſui cõmunitate: ſi quidẽ ſignificat primũ predicamẽtũ:tunc cuʒ dicit̃ nõ ens negatur ſubſtãtia:ergo generatio ſubſtantie eſt ex non ſubſtãtia:ſed cum ſubſtãtia non eſt nullũ alioꝝ predicamentoꝝ ſm eſſe:ergo ſi generatio eſt ex non ſubſtãtia erit generatio ex nihilo:qꝛ nõ quale eſt qꝺ non eſt ſubſtãtia nec quantũ nec vbi:qꝛ ſi daret̃ aliqꝺ iſtoꝝ eſſet cũ non ſic eſſet id ſeparatũ qꝺ eſt impoſſibile. Si aũt vniuerſale ens qꝺ cõprehendit omnia:tũc nõ ens negat vniuerſalr̃: generatio etiaʒ eſt in hoc ſenſu ex nihilo:⁊ lʒ de his amplioribus ſermonibꝰ determinauimus in fine primi phyſicoꝝ:nũc breuiter dicendũ de iſtis:qñ ſufficit ſpeculationi preſenti dicendo:qñ aliquo modo fit ex nõ ente ſimplr̃:modo aũt alio ex ente ſemp fit gñatio:qꝛ fit ex poteſtate ente actu ente:⁊ eſt neceſſe vt ꝓpter priuationem ex qua fit generatio ambo iſta dicantur.ſ. qꝺ fit ex ente ⁊ non ente.

¶ Cap.20m. De mirabili queſtione que eſt vtrũ ſubiectũ generationis ſit aliquod ens actu vel nihil.

Quod tñ in his determinatis mirabilẽ hʒ queſtionẽ quã ideo mirabilẽ voco:qꝛ ꝯducit ad altiorẽ ꝯſiderationẽ:eo ꝙ determinari nõ poteſt niſi cognoſcat̃ materia inquãtum eſt principiũ ſubſtãtie cõpoſite qꝺ vtiqʒ ꝑtinet ad ipſuʒ phyſicũ. Eſt aũt queſtio iſta orta ex phyſica qd.ſ. ſubiicit̃ trãſmutatiõi que eſt gñatio ſimplr̃. Et ideo rurſus repetendũ eſt quomodo eſt ſimplr̃ gñatio ſiue generatuʒ ſit ens ex poteſtate ente ſiue qualiter aliter. Queret eniʒ aliqs an eſt ſubſtãtie ſm ſe generatio:⁊ an eſt hec ſubſtãtie gñatio ſicut elemẽti ſimplicis ita ꝙ nõ ſit generatio quo ſiue ſm qd que eſt quanti vel qualis. ¶ Et eodẽ modo queret de corruptione:ſi enim gñabit̃ aliqd ſimplr̃ manifeſtuʒ eſt ꝙ opʒ eſſe aliquã ſubſtãtiã poteſtate ⁊ nõ actu ex qua fiat generatio illius:⁊ in qua neceſſe eſt trãſmutari qꝺ corrumpit̃: quare in idẽ eſt corruptio ex quo fit gñatio:ſi ergo illud dicat̃ poteſtate ſubſtãtia:queret aliquis vtrũ id qꝺ poteſtate eſt ſubſtãtia eſt aliquid actu alioꝝ predicamentoꝝ. Verbi gratia aut eſt quãtũ:aut quale:aut vbi:ita ꝙ ſit poteſtate ens ſubſtãtia ⁊ actu:ens ſm alia ꝑdicata aut nihil ſit actu hoc quod eſt ſm alia ꝑdicata:nec ens actu ſimplr̃ ſed oia poteſtate:ſi eniʒ dicat̃ nihil eſſe actu ſed oia poteſtate dicant eſſe ſeparatũ per ſe ab omni actu cũ tale nihil ſit in nulla continget ꝙ id qꝺ nihil ſit in nã ⁊ generat̃: ⁊ ꝯtinget amplius qꝺ maxime timebãt illi qui primo philoſophati ſunt:ꝙ ex nihilo ꝑmo ſubiecto exiſtẽte generatio ſit:ſi aũt id dicat̃ qꝺ nõ exiſtit actu in ſuba eſſe aliquid actu ſm alia ꝑdicamẽta:tũc quẽadmoduʒ paſſiones diximus ⁊ accidẽtia erũt ſeparata:qꝛ prima cõpoſitio eſſentialis cauſa eſt cõpoſitionis que eſt accidentalis:⁊ ideo mã per ſe ſeparata nõ eſt ſubiecta accidẽtibus quapropter opʒ eſſe ſeparata:qꝺ iteꝝ eſt incõuenieñs. ¶ De his ergo tractãdũ eſt:qñ decet ne aſſumamus tractatũ nimis difficilẽ de mã ⁊ forma:⁊ qualr̃ ſubſtãtia cõpoſita eſt cauſa accidẽtiũ que oia primi Phi eſt determinare. Tex.c.13.

¶ Cap.21m. Et eſt digreſſio declarãs qualr̃ ſubiicit̃ gñationi ens potentia tñ:⁊ qualr̃ ens actu.

Nos autem propter faciliorem doctrinam hic faciemus digreſſionẽ lʒ ſolutio queſtionis a ſequenti queſtione dependeat. Attendenduʒ eſt ꝙ tranſmutatio que eſt generatio poteſt accipi ſm rationem ſue eſſentie abſtracta a motu prout eſt mutatio ſola:⁊ poteſt accipi ſm ſuum eſſe ſm ꝙ comparatur ꝯiuncta ſemper eſt motui que eſt alteratio ꝯiuncta generationi:qꝛ finis alterationis eſt generatio. Et ſi quidem primo modo accipiatur non queret ſubiectum ſcilicet actu ens:ſed poteſtate tñ:qꝛ generati eſſentia tota conſiſtit ex materia ⁊ forma:⁊ generatio nihil aliud intendit niſi formam in materiam inducere. Et ſi quidem ſecundo modo accipiatur cum non moueatur niſi actu ens vt probatur in ſexto phyſicoꝝ:erit generatio hoc modo ſubiectum actu ens:hoc autẽ eſt videre facile ex generantis ⁊ mouentis intentione:generans enim in eo ꝙ generans nõ intendit niſi imprimere ſpeciem in formam cuius ſubiectum ſolum materia eſt:mouens aũt in eo ꝙ mouẽs intendit materiã ⁊ ſubiectũ alterare propter etiã mouendo ꝯtrarium intendit aliud ꝯtrariuʒ. Mouens ergo ⁊ generans ſimul intendunt alterando ⁊ corrũpendo formam vnã inducere cõtrariũ aut corrũpere:ideo ſubiicit̃ ei ens actu ſb̃ forma vna exiens ꝯtinue ab illa:⁊ vadens ꝯtinue:⁊ ideo dicit Ariſt.in fine primi phyſicoꝝ aliquando ꝙ generatio eſt inter ꝯtraria loquens de genere in qꝺ eſt motus vel cuʒ motu:contrariorum aũt vtrũqʒ eſt actu aliquando dicit ꝙ vnum ſui preſentia ⁊ ſui abſentia ſufficiens eſt facere mutationem loquens

Tex.c.12. (beside "Quod tñ in his determinatis")

AD euidentiam antedictoruꝫ ſcito ꝙ membrorum ſiue partium que ſunt in homine: quedaꝫ ſunt formalia habentia ⁊ continentia materiam: ⁊ quedaꝫ materialia debiliter recipientia formam: ⁊ quedam ſunt media inter materialia ⁊ formalia. Continentia materiaꝫ ſunt diſ- Que ſūt mēbra formalia. ſimilia ad actuꝫ anime vel virtutis anime ordiata: que etiam dicuntur organa vel partes organice ſicut caput oculus vel auris vel manus: pes ⁊c. huiuſmodi. Materiales au- Que mālia. teꝫ partes debiliter recipientes formaꝫ ſunt actus vite ani-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

me vel ſenſus tñ participantes ⁊ ad nullum officium ordi-
Que media. nate: ſicut caro eſt ⁊ adeps ⁊ vniuerſa piguedo. Media au-
tem ſunt triplicia. ſ. propinquiora forme ⁊ propinquiora ma
terie ⁊ per equidiſtantiam inter formam ⁊ materiam: ſicut
in neruis: arterijs: ⁊ pãniculis: propinquiora ſunt formali-
bus: quia neruus quo diffunditur ſenſus ⁊ motus per totuȝ
corpus a cerebro vel vicario eius: qui eſt nucha deſcẽdens
per ſpondiles colli ⁊ dorſi: vene autem ſunt per quas diffun
ditur a corde ſpiritus vitalis. Et panniculi quibus nobilio
ra membra inuoluũtur: vnde lȝ iſta ſimilia ſint membra: ta-
men ſunt principaliter ad actus anime cauſata qui ſunt ſen
ſificare mouere nutrire viuificare ⁊ huiuſmodi. Quedã au
tem magis ſunt iuxta materiã ſicut os ⁊ cartilago que ſunt
ad ſuſtentandum ⁊ fortificandum membra. Quedam autẽ
ſunt quaſi per equidiſtantiam mixta ſicut muſculi qui com
ponuntur ex neruis chordis ⁊ a carne. Omnis tamen pars
ſtat ſub forma: vult ergo philoſophus ꝙ formalia oĩa ſunt
ſicut vas vel vter de corio molli cui ſi multum influit exten-
ditur ⁊ quanto plus effluit contrahitur: ita etiam membra
formalia ſe habent ad multam vel paucam carneȝ: quia ca-
ro non creatur a natura niſi ad hoc ꝙ caro ſuppleat conca-
uitates que ſunt inter membra principalia ⁊ officialia ⁊ ner
uos ⁊ venas ⁊ arterias ⁊ pãniculos ⁊ chordas ⁊ ligamenta
⁊ oſſa ⁊ cutem: ⁊ ideo ſupplens concaua multum ingreſſum
diffundit formalia ⁊ egreſſum diminuit: ⁊ ſimiliter adeps ⁊
pinguedo: hec autem que diximus ſententia eſt Auicen. in
An mã tota primo libro canonis maioris de medicina. ¶ Si autem tu
effluat. queris vtrum materia iſtorum membrorũ que diximus for
malia: quia eſt in eis actus forme effluere poſſit cũ ſit ex cõ-
trarijs ⁊ in contrarijs agentibus ⁊ patientibus cõtinua fiat
deperditio: deperditioni autem ſit neceſſaria reſtauratio: ⁊
ita etiam videtur in his eſſe influxus ⁊ effluxus materie: et
non ſolum caro videtur effluere ⁊ influere. Amplius ſi vna
pars materie effluit eadem ratione ⁊ alia effluere poteſt: et
ſi ponatur effluere nihil videtur debere accidere impoſſibi
le: quia dicit Ariſto. ꝙ falſo ⁊ non impoſſibili poſito qd̃ acci
dit eſt falſum ⁊ non impoſſibile: accidit autem ex hoc ꝙ to-
ta materia que nunc eſt in aliquo effluere poteſt: ⁊ ſic id idi-
uiduum poteſt in toto effici aliud ſm materiam quã fuerat
prius ⁊ vna forma nunc ſucceſſiue poteſt eſſe in duabus ma
terijs ⁊ alia multa inconuenientia ex hoc videnꝫ ſequi. Ad
huc ſi additur cuicũqȝ parti ſignate ſenſibili minime in par-
tibus omiomeris id minimum quod additum eſt: oportet
etiam eſſe ſignatum aliquod ſed minus minimo in nullo ge
nere accipi poteſt: ergo in genere partis omiomere id mini
mum qd̃ additur eſt equale minimo cui additur ⁊ eadeȝ ra
tio eſt de ſingulis minimis: ergo ex hoc videtur ſequi ꝙ oẽ
quod augetur aliquo adueniente in quolibet augmẽto cre-
ſcit in dupluȝ: propter hoc ⁊ his ſimilia forte dixit Alexãder
ꝙ dictum id. ſ. augmentum partis omiomere eſt ſm formã
⁊ non ſm materiam fuit inuentum ab Ariſto. non per viam
rationis probantis: ſed quia pauciora ad hoc videbanꝫ ſeq
Rõo Alexã inconuenientia. ¶ Et ſi verum dixit Alexander tunc dictuȝ
dri pq̃ vide iſtud potius eſt fuga inconuenientiuȝ q̃ȝ veritas. Dixit eñi
Auroem hic Alexander ꝙ ſi augmentum eſt per additionem aduenien-
có. 38. tis alicuius: ꝙ tunc augmentum fit per accumulationẽ ad-
uenientis cum eo cui aduenit. Accumulatio autem non eſt
niſi ſm partes materie ⁊ videtur augmentuȝ eſſe ſm mate-
riam. Cuius etiam dedit idem Alexan. rationem: ſi eñi fiat
augmentum aliquo extrinſeco adueniente: oportet id adue
niens ſubintrare in partes eius cui aduenit: q̄ propter hoc
dedit natura corpori ꝙ augetur vias que ſunt vene ⁊ poros
⁊ ſpongioſitatem. Conſtat autem ꝙ ſubintratio eſt in mate
riales partes: ⁊ ita iterum augmentum ſm materiam fieri
videtur. Addit etiam Alexã. ꝙ augmentum fit per modum
mixtionis aque cum vino: vt dicit Ariſto. que mixtio abſqȝ
dubio ſm partes eſt materie ⁊ non forme. Figura enim nõ
miſcetur nec quantitas que ſunt ex parte formalium mem-
Improbatio brorũ. ¶ Hec autẽ ⁊ his ſimilia determinare volentes p̃us
Alexandri. dabimus rationes duas iſtius dicti qd̃ dixit Alexan. nõ eẽ
propriatum: ⁊ poſtea ſoluemus ad obiecta. Ratio auteȝ pri
ma hec eſt ꝙ ſicut habuimus id quod augeꝫ in quo ſicut in

aucto principium eſt motus augendi ⁊ augmentãdi: ſed p̃n
cipium huius motus abſqȝ dubio non eſt niſi in parte dicta
per ſpeciem ⁊ formam: ergo ⁊ hec ratio euidens eſt quia p̃n
cipium primum motus qd̃ non augetur nec qd̃ alteratur eſt
in principio motus ſm ꝙ augetur ⁊ alteratur: q̄ ſcd̃m ha-
bet a primo ꝙ ipſum principium motus. Conſtat autem ꝙ
vis anime que eſt primum principiuȝ operatur vt eſt in par
te formali que eſt organica vel habens opus organicum ſi-
cut diximus prius. ¶ Secũda ratio eſt ꝙ augeri ⁊ pati non
idem ſunt vt infra habetur: ſed id quod augeꝫ virtute quã
habet agit in cibum augentem ⁊ conuertit ipſum ⁊ vnit euȝ
ſibi: ergo ſm idem non erit pati: actio enim a forma eſt: pati
autem eſt materie: ergo qd̃ augetur per ſuam actionẽ eſt for
male ⁊ non materiale. Eſt ergo dictum iſtud probatum ne-
ceſſarijs rõnibus: ⁊ non eſt tñ fuga inconuenientiũ. ¶ Sol Solo ad obiecta.
uentes ergo ad primum ſine preiudicio dicimus ꝙ forma-
lis pars que augetur habet materiam ſibi determinataȝ in
qua formaꝫ que eſt ex humido radicali ⁊ ſeminali ſumpta:
ſicut eſt humidum ex quo formantur membra organica ⁊ to
tum corpus phiſicum cui anima prius infunditur. Formãtur
autem membra illa per virtutem formatiuam que eſt in ſe-
mine diffuſum in omnibus partibus que virtus inquã po-
ſtea remanet in membris ⁊ operatur in nutrimentali humi
do ſimilitudinem membri qd̃ nutritur. Eſt enim humiduȝ
quoddam ex primo ſemine diffuſum in omnibus partibus
ex ſemine primo formatis cui additur humor ex nutrimen-
to ſumptus ⁊ per virtutem membri quantuȝ poſſibile eſt aſ-
ſimilatur ⁊ additur parti materie: ⁊ tunc multiplicata ma-
teria extenditur quantitas membri ⁊ figura ⁊ ſic fit augmen
tum: forma tamen ſaluatur in primis radicalibus ⁊ conce-
do ꝙ deperditio fit in illis: ſed non fit reſtauratio per eque-
ualens humidum ſed per extraneum qd̃ eſt nutrimentale: ⁊
ideo deperditione cõtinue facta deſiccatur humidũ in quo
fuit calor velut in ſubiecto proprio: ⁊ tunc refrigeſcit ⁊ corrũ
pitur indiuiduuȝ: que tamen corruptio differt per humidũ
nutrimentale qd̃ additur humido ſeminali. ¶ Et hui⁹ exẽ Exẽplũ ſatis accõmodatũ in re difficili.
pluȝ eſt in lampade vbi humor eſt imbibitus lycinio ⁊ alius
humor circũfuſus vndiqȝ lycinio nec põt fieri ꝙ humor im-
bibitus in lycinio non continue ſm aliquid ſui conſumatur
ſed additur ei circũfuſus quo retardatur eius conſumptio
⁊ nutriatur flãma. Et ſi in lampade eẽt diuerſus humor di-
uerſorum elementorum quorum vnus eſſet minus conue-
niens igni lampadis ſicut humor eſſet aquaticus ⁊ alius vn
ctuoſus in lycinio conueniens nutrimẽto ignis: tunc eẽt ma
gis ſimile: quia humor ſeminalis imbibitus radicalib⁹ par
tibus primus multo conuenientior eſt calori naturali q̃ȝ nu-
trimentalis humor. Et ideo ſemper attrahit ipſum ⁊ conſu
mit: ⁊ tandem conſumpto iſto humore etiam calor refrige-
ſcit: ⁊ ideo plene non fit raſtauratio in ipſo. Tamen ſi aliq̄d
eſt ſimile in partibus habens humorem radicaleȝ terreſtrẽ
⁊ aquaticum ſicut plante ⁊ quedã animalia ſicut cancri: que
daȝ membra formalia aliquãdiu recreſcunt eis ex humido
nutrimentali: ſed hoc non diu fit: quia calor amittit ſuuȝ vi
gorem ſui humido extraneo ⁊ in talibus virtus formatiua
propter ſimilitudinem partium non eſt diſtributa in mem-
bris: ſed in vno membro qd̃ eſt cor: vel id qd̃ eſt in loco cor-
dis in animalibus ⁊ radix in plantis ⁊ ex iſto formãtur oẽs
partes. Sed in animalibus magnam diuerſitatem haben- Cõſidera circa iſtã cãȝ q̄re ĩ aĩalibus magnã diuẽſitatẽ hñtibus mẽbra ſpmatica recreſcere nõ pñt. q̄ forme meli⁹ dici poteſt.
tibus in membris non poteſt hoc eſſe: quia formatiua virt⁹
non per eadem principia quibus vtitur in manu poteſt ali-
quid formare in pede: ⁊ ideo virtus formatiua que format
humorem nutrimentalem in ſimili membro quantuȝ poteſt
non ſita eſt in vno membro in talib⁹ animalibus: ⁊ ideo mẽ
bra formatiua in alijs abſciſa non recreſcunt. Caro autem
que nihil aliud facit niſi ꝙ replet vacuitates iſtas eſt maxi-
me materialis: ⁊ creſcit ⁊ decreſcit ſicut in febricitantibus ⁊
conualeſcentibus: per hoc patet ſolutio ad ſequens: quoniã
non tota materia effluit ſalua vita indiuidui qd̃ augetur ⁊
nutritur. ¶ Solutio autem ſequentis patebit vbi oſtende-
tur ꝙ id quod aduenit non retinet ſuam quantitatem dum
additur quantitas quã potentia habet non actu: ⁊ ideo cuȝ
non adducat ſecum quantitatem ſuaȝ: nec vt maius nec vt

minus

minus ſe habet ad id cui additur ſed potius vt materia influens vaſi qđ extenditur proportionaliter ad influxuȝ eius maiorem vel minorem. Nec eſt dicendum ſicut quidam ſenſerunt ꝙ humidum ſub maiori quantitate ſit ꝙ̄ ſiccū: ⁊ ideo cum minimum humidum ſit tantuȝ quantum minus ſiccū: tunc cum conuertitur minimum humiduȝ nutrimentale in minimum ſiccum membri: tunc non efficiť tātuȝ ſed minuſ: quia ſm hoc ſequeretur ꝙ ad minus in decupla vel vigeſima proportione creſceret ſemper id quod creſcit qđ abſurdum eſt: ⁊ ideo prima via eſt tenenda: quia illa eſt vera ⁊ inter phōs approbata: bene tamen concedo ꝙ augmentū nō per accumulationem partis cum parte ſit: ſed potius per cōuerſionem venientis ad id cui aduenit in cuius materia extenditur quantitas ⁊ figura: ſubintratio tamen eſt ibi: ſed non ſicut dicit Alexander ꝙ remaneat nutrimentuȝ q̄ſi infixum foraminibus: ſed foramina ſunt vt in ipſis diuiſuȝ nutrimentuȝ vndiqȝ ſupponatur virtuti membri ⁊ facilius cōuertatur in membri materiam cum plurimum nutrimentū tangat vndiqȝ plurimi membri ⁊ virtute membri: hoc eniȝ ingeniata eſt natura ſciens ꝙ diuiſa citius ⁊ facilius ⁊ vtilius conuertuntur ꝙ̄ vnita: mixtionem autem talem qualē ſubſequenter determinabimus non negamus in augmento fieri: nec oportet ꝙ miſcibilis ſit quantitas vel figura: qa ſicut diximus anomiomera quorum proprie eſt quantitas ⁊ figura non augentur nec per anomiomera: ⁊ ideo in omiomeris eſt mixtio antecedens: ⁊ ideo conſequenter eſt extenſio quantitatis ⁊ figure in alijs de his ergo dictum ſit.

Tex.cō.39. ℭCap.9m. Qualiter eſt illud adueniens quo ſit augmentū.

REdeamus ergo ad propoſitum: cum enim habitum ſit de eo qđ augetur ꝙ adueniente aliquo augetur: tunc quereret aliquis quale oportet eſſe id adueniens quo augetur quod augetur. Manifeſtum autem eſt quoniam oportet eſſe potentia id quod auget: quia conuertiť in id quod augetur: verbi gratia ſi caro augeatur: tunc adueniens oportet eſſe carnem potentia: actu autem aliud ꝙ̄ caro: quia forte panis vel cibꝰ alius vel humor ex alio per digeſtionem aliquam ſeparatus: corrupto autem hoc qđ eſt actu: tunc aſſumit formaȝ aucti membri: ⁊ ſi id eſt caro: tūc iam caro generatum eſt. Non generatur ex potentia carne caro noua ſm ſe ſeparata qa hoc eēt generatio ⁊ nō augmētatio: ſed ſit hec caro que augetur que prius exiſtit ſm formam in membro qđ ad ſe conuertit cibum quo ſit augmentum. Non eſt enim hec compoſitio ſed eius qđ ex nutrimento naſcitur cum forma nouiter generata vt cōſtituatur hoc aliquid qđ ex nouo producitur: ſed conuertitur nutrimentum in id quod prius erat: ⁊ nunc eſt quia in membruȝ formale animati corporis qđ eſt caro vel vena vel neruus vel aliud ſimile cuius formam recipit ipſum ſicut vas aquā qđ extenditur per influxum eius.

Tex.cō.39. ℭCap.10m. Quid patitur auctum ab augente.

SEd tunc aliquis queret quid patitur id quod augetur: verbi gratia membrū homogeneum ab eo qđ auget vt a cibo: cum autem mixtio ſiue mixtura duplx ſit vna de qua ita loquemur que eſt miſcibilium alteratorum vnio quando vȝ vnumquodqȝ mixtorum a virtute ſua alteratur ⁊ omnia veniunt in medium: hec eni eſt mixtura phyſica de qua ſcrutantur medici phī. Alia eni eſt mixtura vulgaris dum dicimus vinum eſſe mixtum quando multo vino modica aqua infunditur: que tamen a vino aſſumitur ⁊ conuertitur in vinum ⁊ talem mixturaȝ dicimus corpus qđ augetur pati a cibo quo ſit augmentum: quia cibus a virtute corporis aucti conuertitur in corpus auctum ſicut ⁊ ignis copioſus augetur tangens vrenda ⁊ conuertens ipſa ad ſpeciem ſuā quā multiplicat extendendo ea adurendo: ita etiā in eo qđ augetur quod eſt actu caro vel aliud corpus tangibile ⁊ facit actu carneȝ de potentia carne que aduenit ei per cibum: facit autem in eo qđ eſt ſimilis cuȝ ipſo: quia vnitur ei in ſpeciem quā prius habuit ⁊ nūc habet ⁊ habebit: ſi eni ſeorſum produceret potentiam in actum ſiue formam ſubſtantialem: tunc eſſet generatio non augmentum: ſicut eniȝ dupliciter poteſt produci ignis in vrendis ſm ꝙ exiſtente iā igne augeatur in vrendis vel ꝙ exiſtens ignis generetur in vrendis: ſed primum eſt augmentatio ⁊ 2m generatio.

ℭCap.11m. Et eſt digreſſio oſtendēs quis proprius modus augmenti ⁊ quis improprius.

SEd obſeruandum eſt augmentuȝ dici dupliciter. ſ. proprie ⁊ improprie: proprie quidem augetur qđ eſt animatum habens virtutem anime que dicitur vis augmentatiua que per calorem naturalem extēdit vbiqȝ ſm omnes diametros ad rectos angulos ſe interſecantes q̄rum vna deſurſum venit deorſum: ſecunda a dextro mēbro in ſiniſtrum: tertia ab ante membri in retro eiuſdem precipue cum extendit in quantitateȝ diametri aduenietis a ſurſum in deorſum. Improprie autem augetur qđ per naturalem calorem conuertit in ſe aliquid qđ non eſt vbiqȝ additum ei nec eſt animatum: ⁊ ſic ignis augetur per vrenda appoſita vnde vrenda non penetrant vbiqȝ ignem: nec materia omnibus partibus additur: nec alie quedam conditiones augmenti ſaluantur: ſed tamen hoc ita patet ꝙ nihil inferiorum elementorum augetur per ſuperiora: nec etiaȝ aer per ignem nec econuerſo. Sed redeamus ad id vnde receſſimus oſtēdendo vtruȝ particulare quātū aut vl̓e augeať. Uide pro iſta diſtōne Commētatorem ꝑ celi.cō.22.

ℭCap.12m. Utrū augetur quantuȝ vniuľe vel particulare.

QUantū aūt vl̓e nō augeť in augmēto ſic̄ nec in gñatiōe gñať aial vl̓e in gñe: qa nec hō nec aliqđ ſingulorꝫ ſiue ſingulariū eſt aliorꝫ: gñať autē hoc ab hoc per ſe ⁊ hō ab hoīe ⁊ aial ab aiali per ꝯñs: ⁊ in augmētatiōe hoc q̄tū ꝑ ſe augeť: ⁊ ꝑ ꝯñs q̄tū in gñe ſiue vl̓i. Caro autē ⁊ os ⁊ alia omiomera: aut manus aut crus ⁊ alia anomiomera augmētanť adueniēte aliq̄ q̄to: qđ tñ nō ē caro q̄ta aut manꝰ q̄ta actu ſȝ augeť iſto adueniēte qđ poᵃ ē vnūqđqȝ. ſ. caro ⁊ quātitas: opȝ eni in augmēto id qđ aduenit gñari ⁊ carnē ⁊ q̄tū ſi debet augere ſed ſm ꝙ ſolum eſt potentia caro vel aliud membrum ſimile nutrit: quantum eniȝ ad id qđ auget ⁊ nutrit non differunt cibus ⁊ augens niſi ratione: quia vna eſſentia cibi eſt faciens vtrūqȝ ſm diuerſum eſſe: quia ſm ꝙ potentia caro nutrit: ſm autē ꝙ potentia quanta auget: nec ſufficit vt ſit poᵃ quanta ⁊ non potētia caro: qꝛ augmētū nō ē ſine cibo nec opus augmētatiue ſine opere nutritiue v̓tutis. Tex.cō.40.

ℭCap.13m. Quare res ſemper nutriť ⁊ non ſemper augeť.

IDeo etiam res nutritur quādiu ſaluať in eſſe indiuidui: ⁊ diminuitur ſimiliter: ſed nō ſemp augmētatur ⁊ nutrimētum cum augmentatione ex parte cibantis ⁊ augentis id idem eſt in eſſentia ⁊ ſubiecto: eſſe autē eſt aliud: ſm eniȝ ꝙ eſt aduenies potētia quāta caro eſt augmētū carnis: ſm id aūt ꝙ ſoluȝ potentia caro eſt nutrimētuȝ. Tex.cō.41.

ℭCap.14m. Qualiter augetur ſpecies ſine materia.

EST autem qđ nutritur ⁊ augeť ſpēs ſiue forma conſiderata ſine materia influente ⁊ effluente non q̄dē ſm eſſe ſed ſm ꝙ augetur ⁊ nutritur. Eſt autem in materia ſicut potentia imaterialis que nō eſt materia: ſed potius cōtinēs materiā ſicut vas ⁊ forma. Si aūt aduenit per cibuȝ aliqua mā que poᵃ eſt forma mālis. i. in actu mēbri formalis: ⁊ ēt iſta mā poᵃ quāta ſicut cibꝰ q eſt poᵃ quāta ⁊ caro: tūc hee forme ſiue ſpēs mēbrorꝫ imāles exiſtētes erūt maiores: ⁊ quātitas ⁊ figura extēdiť per id qđ aduenit ꝙ eſt poᵃ quāta caro. Si aūt mēbrꝫ formale in virtute cōuertēdi cibū larať: ⁊ nō pōt amplius extendere ſic̄ vis vini debilitať cum multotiēs aqua mixtū fuerit ⁊ tādē efficiť aquaticū non valens ad nām vini: conuerteť in aquaȝ tunc quantuȝ recipiet diminutioneȝ: ſed tñ ſpecies ſiue forma continēs mām influentem ⁊ effluentem manet quādiu ſaluať indiuiduum. T.cō.46 Tex.cō.42.

ℭCap.15m. Et eſt digreſſio declarans quare res non ſemp augetur cum ſemper nutriatur quādiu viuit.

EXtendēdū ꝙ res augeť quodā tēpore nō ſemper ex cā vna que cōſiſtit in tribꝰ partibꝰ collectis. Quorꝫ vnū eſt in humido ſemiali: hoc eni nō eſt infinitū extēſibile per humidū additum ita vt aliqđ eius ſit cū q̄libet pte humidi additi ſed potius in certa quātitate: que rō eſt ma- Prima cā.

gnitudinis generati quantum ſm poſſe nature poteſt produci: ⁊ quando tantum producta ſunt membra quantũ poteſt produci pati ſeminale humidum ex quo formata ſunt tunc
Scḋa. ſtat augmentũ. Secundum particulare eſt in calido naturali qḋ eſt finitum ⁊ non poteſt facere plus ꝙ̃ eſt menſura ſue
Tertia eſſentie: ⁊ ideo quando hoc fecit ſtat augmentum. Tertia cauſa tangitur a philoſopho in littera quã proſequimur ſcilicet ꝙ extraneum humidum ſemper retinet aliquid de natura extranei: ſanguis enim de lactuca generatus frigidus eſt ⁊ caro erit frigida: ⁊ ſic de alijs ex cibo generatis: ⁊ ideo continue debilitatur in eo calidum: ⁊ tãdem ita ſtat ꝙ non valet extendere ⁊ ita ſtat augmentum. Sꝫ quando ſtat augmentum non neceſſario ſtat nutrimentum: quia fortioris caloris eſt facere duo ꝙ̃ vnum: fortiſſimus ergo calor in humido molli ⁊ mollibus membris ſimul facit nutrimentum ⁊ extenſionẽ: debilior autem in ſiccioribus membris: ⁊ humido non adeo obediente retinet vnum qḋ eſt nutrire ⁊ admittit reliquum qḋ eſt extendere: precipue ſm diametrum qui venit a ſurſum membri in deorſum: ⁊ precipue in membris duris que ſunt oſſa primo loco: ⁊ poſt hec ſunt nerui: nec tamen poſt ſtatum augmenti continue icipit diminutio naturalis: quia in qualibet habitudĩe corporis ſunt quatuor tempora ſcilicet principium augmentum ſtatus ⁊ declinatio: ⁊ ideo res aliqua ſtat actu aucta: ⁊ tunc ſiccato humido naturali ⁊ infrigidatis membris per inductũ humidum extraneum qḋ inducitur ſicut aqua in vinum nerui contrahuntur ⁊ corpus incuruatur ⁊ indurãtur alia membra ⁊ frigiditate conſtringente corrugantur: ⁊ hec eſt diminutio naturalis ſequens augmentum ⁊ ſtatum in iſto: hec igitur de augmentatione ſm preſens negocium ſufficiãt. Adhuc enĩ loquendum de ipſis erat in ſcientia de anima ſicͭ quedaꝫ de ipſis ſunt dicta in phyſicis.

## ¶Tractatus Quartus de Tactu.

### ¶Cap. pᵐ. Que ſit intentio tactus ⁊ qualiter introducit.

Tex.cõ.43. F Initis autẽ ex p̃miſſis Simplicibus motibus eſſet iam dicenduꝫ de generatione contracta ad materiaꝫ que eſt generatio ſimplicium corporum: ſed antecedenter oportet determinare ea que in generatione elementorum ſunt ſicut cauſe: quoniam oportet dicere de materia ſuper quã eſt tranſmutatio cõmunis elementorum ad mixtionem: ⁊ etiaꝫ de ipſis elementis ſm contrarietates que inſunt eis vtrum ſint vel non ſint ⁊ quot ſint: ⁊ vtrum vnũquodqꝫ eorum eſt ſempiternum intranſmutabile ſicut dicit Empedocles: aut generantur equaliter: ⁊ ſi generantur vtrum generantur adinuiceꝫ omnia eodem modo ſicut dicunt phĩ. Aut aliquod eoruꝫ eſt principiuꝫ qḋ eſt ante ea ex quo generantur ⁊ in qḋ reſoluũtur ſicut diuerſi dixerunt vt Democritus athomos Anaxagoras homogenea ⁊ Heraclitus vaporem ⁊ huiuſmodi. Quia ergo iſta inquirere habemus in ſecũdo huius voluminis: oportet vtiqꝫ prius dicere antecedentia haruꝫ queſtionum de quibus nunc indeterminate dicitur a philoſophis. Omnes autem qui elementa ⁊ ea que ſunt ex elementis dicunt generari ſegregatione ⁊ congregatione dicunt ea facere ⁊ pati adinuicem. Aggregatio auteꝫ eſt mixtura quedam: ⁊ ideo de mixtione oportet primo dicere quia qualiter ſit mixtio: ⁊ quid ſit non eſt adhuc manifeſtum determinatum: cum autem que alterantur aggregantur ⁊ ſegregantur nihil horum ſuſcipiant niſi ſit aliquid agens ⁊ patiens: oportet etiam prius dicere de actione ⁊ paſſione. Illi enĩ qui dicunt plura elementa eſſe dicunt ea generari ex adinuiceꝫ per facere ⁊ pati. Similiter illi qui dicunt tm̃ vnum elementum eſſe primum neceſſe eſt dicere quid ſit facere ⁊ pati: ⁊ in hoc recte dixit Diogenes cuꝫ dixit ꝙ ſi omnia non eſſent ex vno materiali ſubiecto non eſſent adinuicem agere ⁊ pati. verbi gratia non eſſet poſſibile ꝙ calidum infrigidaret nec rurſus frigidum calefieret niſi haberet vnum ſubiectuꝫ qḋ tranſmutatur ſm contraria hec: quia caliditas ⁊ frigiditas ſeparata a materia non tranſmutantur adinuicem: ſed manifeſtum ꝙ ſubiectum vtriuſqꝫ tranſmutatur ſm hec ⁊ alia contraria. Quapropter in quibus ineſt facere ⁊ pati neceſſe eſt horum vnam eſſe ſubiectam naturaꝫ que eſt materia ſuſceptibilis contrariorum: lꝫ autem bene dixit in hoc Diogenes tamen in hoc non dixit verum ꝙ omnia talia eſſe dixit: quia non omnia ſuſcipiunt formas contrarias: ſed ſola illa que ex inuicem ſunt. ſ. quorum materia eſt vna ⁊ forma contrarie: ideo ergo eſſe facere ⁊ pati eſt idem: ſed ſi de facere ⁊ pati eſt videndum anteqꝫ queratur de generatione elemẽtorum: oportet etiam prius determinare de tactu: qa iſta non poſſunt etiam vere ⁊ principaliter facere ⁊ pati adinuicem non poſſunt ſe tangere: quapropter non eſt poſſibile miſceri adinuicem ea que non poſſunt ſe tangere: ergo de tribꝰ his determinandum eſt. ſ. quid tactus ⁊ quid mixtura ⁊ qḋ factio. Sed in principio dicamus de tactu: quia eſt neceſſe ꝙ quibus eſt mixtura ꝙ illa ſe tangant ſed non conuertitur: cum ergo primum natura ſit a quo non conuertitur conſequentia primum inter tria predicta erit dicendum de tactu.

### ¶Cap. 2ᵐ. Quot modis dicitur tactus: ⁊ qḋ ſit tactus.

D Icamus igitur incipiẽtes ꝙ tactus dicit multifariam ſicut fere vnumquodqꝫ nominũ phyſicorum: ⁊ hec quideꝫ dicuntur anomiomere ſiue equiuoce ſm caſuꝫ ⁊ fortunam: hec autem dicuntur per prius ⁊ poſterius: ita ꝙ altera dicuntur ab alijs prioribus eis ſm nominis rationem: ⁊ ſic etiã exiſtit de tactu vꝫ ꝙ dicitur proprie vel trãſumptiue: ⁊ proprie dictus aliquando dicitur cõmuniter nõ habens omnes conditiones ſe tangentium. Aliquando autem dicitur propriiſſime omnes habens conditiones ſe tangentium. Principaliter enim vna conditio tactus eſt ꝙ tactus eſt in habentibus poſitionem: poſitio autem nõ eſt aliquorum niſi quibus conuenit locus. Mathematicis enim quibus datur poſitio conuenit locus ⁊ tactus per ſimilitudinem quandam ad naturalia: nulla enim vere ſunt niſi materialia ſm ſe accepta in his mathematica ſm eſſe ſuũ. Vñ etiam in his habent poſitionem: ⁊ ideo etiam in his habẽt tactum ⁊ locum: nec accipiuntur ſm abſtractionem ⁊ eſſentiam hic quia talis conſideratio non eſt naturalis; ſed mathematica: ⁊ ideo locus ⁊ tactus ſm ꝙ principia ſunt nature conuenit mathematicis per poſterius. Adhuc vltimum eſſentie ⁊ vltimum virtutis motiue ſiue actiue ⁊ vltimũ ſpeciei quideꝫ generatur ab actiuo ⁊ motiuo in eo ꝙ patit ſunt in vltimo termino quantitatis ſiue corporis quanti: qḋ eſt ſuperficies ⁊ informat ipſum virtus ⁊ ſpecies contrarij ⁊ ipꝫ terminat eſſentiam potentie materie: ⁊ hoc eſt ſm eſſe materiale. Vltimum autem qḋ eſt terminus quanti non informatum virtute ⁊ ſpecie contrarij eſt mathematicum nõ ſm eſſe conſideratum: ⁊ ideo non contingit ei locus ⁊ tactus niſi ſm huius vltimum: naturalibus autem contingit complete ſm vltimuꝫ terminans in quo eſt virtus motiua ⁊ ſpecies contrarij agens: ⁊ ideo naturalibus contingit primo et mathematicis per ſimilitudinem incompletam ad naturalia: contingit autem ſic poſterius locus ⁊ tactus mathematicis ſiue ſumantur ſeparata cuius acceptio eſt ſm imaginẽ ſiue alio modo ſumantur ſcilicet non ſeparata ſm eſſe in naturalibus conſiderata: ſed cum ſint ſeparata non contingit eis locus ⁊ tactus niſi quia ſue dimenſiones nõ poſſunt imaginari vbi finite ⁊ in loco poſite: ⁊ ideo dicunt duo philoſophi Auerrois ⁊ Boetius ꝙ lꝫ ab alijs abſtrahantur: tamẽ a loco abſtrahi non poſſunt: ⁊ hoc verum eſt prout locus nõ terminus eſt eius qḋ continetur loco: ſed etiam relati ad locum ſicut celum eſt in loco qḋ refertur ad locum circa quem mouetur: quia aliter motus eius non eſſet motus localis: ſi ergo diffinitur tãgere ſicut prius diffinitũ eſt in quinto phyſicorum ſcilicet tangere eſt vltima habere ſimul tũc vtiqꝫ tãgunt ſe adinuicem ſm primam conditionem tactus quecũqꝫ determinatas id eſt finitas habent magnitudinem ⁊ poſitionem habent: ⁊ ſimul habent vltima. Dico auteꝫ ſimul vltima vt nihil ſit medium eorum in loco.

Tex.cõ. 44.

¶Cap.

¶ Cap. 3m. De tangentibus ſe phyſice.

Tex.c.44. Quoniam autem poſitio eſt in his que habent locum: ⁊ quicquid vere habet locum habet differentias loci ſm ſuũ genus: quicquid autem habet primas loci differentias habet que ſunt ſurſum vel deorſum: ideo omnia que ſe inuicem tangunt grauedinẽ habent aut leuitatẽ ita ꝙ ambo illa habent quodãmodo ſicut media alia: aut alterũ diuiſũ ſicut extrema: omnia autem talia ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicẽ. Quapropter manifeſtum eſt quoniam hec proprie ⁊ phyſice tangere nata ſunt adinuicẽ quorum diuiſe ſunt magnitudines ⁊ ſimul habent vltima que mouẽtur ⁊ manẽt adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Oportet autem attendere ꝙ locus eſt ſaluatiuus locati ad quem eſt motus corporis per id qđ eſt generans corpus vt dictum eſt in phyſicis: ſic etiam celum non eſt in loco ſed mobile ſm motum rectum: ⁊ potentia eſt in magnitudine vna: ⁊ diuiſum eſt in alia per actũ generationis elemẽti: vnde potentia continuum diuiſum eſt actu ex cõtinuo per ſuperficies elementorũ propter qđ continua facta ſunt tangentia: vltima autem elementorum illorum informata ſunt virtutibus motiuis ⁊ ſpeciebus cõtrariis: ⁊ ideo leuia ⁊ grauia que ſunt prima contraria in materia cauſata ex raro ⁊ denſo: ⁊ ideo cum vtrunq; tãgat vtrũq; neceſſe eſt vtrũq; moueri ab vtroq;: ⁊ ideo vtrũq; mouet ⁊ mouetur.

¶ Cap. 4m. Qualiter ſe habet mouens ⁊ faciẽs adinuicem: ⁊ qualiter tangunt immobilia.

Tex.c.45. Quoniam autem non omne mouens etiã mouetur ſed aliquid mouẽtiũ mouet: motum aliquod autem mouet ipſum exiſtens imobile ab alio: ⁊ hoc dupliciter: aliquod enim ſimpliciter a nullo mouetur ſicut mouens primũ: aliquod autem mouentium non mouetur ab eo qđ mouet: ſicut ſol mouet terram ⁊ non mouetur ab ea lʒ moueatur ab alio. Manifeſtum eſt ꝙ ſm exiſtimationem quorũdam talis diuiſio non eſt etiam in faciente: quia quidam dicunt ꝙ actus mouentis eſt quoddam facere ⁊ econuerſo: actus facientis eſt quoddam mouere. Sed tamen illi non bene dicunt: quia differunt mouens ⁊ faciens: ⁊ oportet nos ea determinare. Si enim nos dicimus ꝙ faciens per ſuam ſpeciem opponitur patienti: tunc cum contraria nata ſunt fidei circa idem: oportet ꝙ faciens ſit patiens cum tangat ipſum: ⁊ hoc eſt faciens phyſicum: ⁊ tunc non omne mouens eſt faciens: quia eſt perpetuum mouens quod non mouetur: ⁊ eſt mouens qđ non tangit per vltimum ſui ⁊ neutrum illorum aliquid patitur: vnde tunc mouens ſuperius eſt ad faciens: ſed faciens eſt mouens motum qui eſt paſſio ⁊ cũ paſſione in ſeipſo: quia cum tangitur a paſſiuo contrario neceſſario etiam patitur ipſum: lʒ forte paſſio non excellat ipſum: factio autem talis ⁊ paſſio ſolum ſunt ſm ꝙ res alteratur a contrariis: ſicut verbi gratia: per calidum ⁊ album ⁊ alia huiuſmodi mouere: ergo eſt in plus q̃ facere. Manifeſtum eſt igitur quoniam immobilia quocunq; duorum modorum dicantur: vno modo tangunt: alio modo non tangunt: tangunt enim per vltimum virtutis ab eſſentia ſua egredientis: ſed non tangunt per vltimum terminum ſue quantitatis: quia ſi ſunt immobilia ſimiliter vltimum non habent hoc modo dictum. Si autem ſunt immobilia ab eo qđ mouent ſicut aſtra non mouẽtur a centro terre quod mouent: ſicut tunc non habent vltimum ſimul cum vltimo eius quod mouetur. ¶ Attende tamen ꝙ facere poteſt eſſe abſtractum in genere ſm ꝙ actio ſiue factio eſt quocunq; modo procedit actus ab agente in id quod ſubiicitur ei quocunq; modo: vt id in quod ſinit actus agentis: ⁊ ſic eſt genus facere: ⁊ includit in ſe mouere: ſicut patet in predicamentis: ſm autem ꝙ hic dicimus de facere contrarium eſt ad agens phyſicum ꝙ nunq̃ inde principium habet factionis cum mouente in mobili quocunq; duorum modorum dicto: ⁊ ideo in phyſicis vbi omnia ſm eſſe conſiderantur diſtinguitur inter mouens ⁊ faciens ſicut iam dictum eſt.

¶ Cap. 5m. De tactu improprie dicto.

Hic ergo determinato de eo quod eſt tangere: ſcilicet ꝙ ſicut vniuerſaliter poſitionem habentium quorum vnum eſt mouens excellendo: ⁊ alterum motum cuius virtus exceditur: cum tamen vtrũq; moueatur ⁊ moueat: ⁊ ſic in his quibus per ſe eſt agere ⁊ pati conſtat ꝙ tactus ⁊ multum ſiue frequenter eſt etiam tangens tactu immutante id a quo tangitur: quia fere omnia que ſunt in conſpectu noſtro circa locum actiuorum ⁊ paſſiuorum mouent mota in quibus neceſſario videtur eſſe tactus: ita id quod tangitur ⁊ tangat immutando id quod tangit: contingit autem improprie alteri ſm qđ dicimus ꝙ id quod mouet ſolũ tangit id quod mouetur ab ipſo preter hoc ꝙ retangatur vel remoueatur ab ipſo ſicut ſol tãgit terrã. Sed omnia que ſunt vnius generis que dicunt̃ homogenea mouẽt mota neceſſe eſt ꝙ tangant tacta: vnde ſi quid mouet manens immobile aliquo duorum modorum dictorum: tunc illud tangit ſolum id quod mouetur: ⁊ non retangitur ab eo ſicut anima corpus mouet ⁊ prius motor celum mouet: ⁊ aſtra mouent terram: ⁊ hic eſt tactus improprie: quia ⁊ nos metaphorice loquentes dicimus ꝙ triſtitia tetigit nos: ſed nos tetigimus triſtitiam: de tactu quidem igitur ſm ꝙ eſt in naturalibus determinatum ſit hoc modo: de facere autem ⁊ pati dicemus deinceps. Tex.c.48.

¶ Tractatus quintus de facere ⁊ pati.

¶ Cap. pm. De ſubcontrarietate dicti antiquorum contra facere ⁊ pati: ⁊ ꝙ ſimile a ſimili non patitur ſm antiquos.

Suſcipimus autem a Prioribus Philoſophis ſermonẽ de facere ⁊ pati ſubcontrarios eo ꝙ ſimul poſſunt verificari ſi debite intelligantur: fuerunt enim multi qui dixerunt ꝙ nullum ſimile agit in ſuũ ſimile in ſpecie: nec idem in ſe agit eo ꝙ non eſſet ratio in ſimilibus vel eiſdem: quare vnum ageret ⁊ alterum pateretur: ⁊ ideo nullũ talium agit vel patitur: quia agere ⁊ pati ſimile: ⁊ ſm vnam rationem ſe habent ad ſimilia: diſſimilia autem ſpecie ⁊ differentia dicunt facere ⁊ pati ſm naturam adinuicem. ¶ Si autem tu obiicias eis ꝙ paruus ignis ⁊ magnus ignis ⁊ paruum lumen ſicut candele: ⁊ magnum lumen ſicut ſolis lumen ſunt ſimilia in ſpecie: ⁊ tamen vnum corrumpit ⁊ aſſumit aliud: dicũt illi ꝙ hoc ſit inquantum vnum contrariatur alteri: paruum enim vt dicunt contrariatur magno: ⁊ multũ contrariatur pauco. Tex.c.46.

¶ Cap. 2m. De dicto Democriti: ⁊ ꝙ ſimile a ſimili patiatur.

Democritus autem tenet ſectam huic ſubcontrariam: dicit enim ꝙ non agit niſi ſimile in ſimile: ⁊ idem in idẽ cui eſt idẽ ⁊ altera differẽtia nõ cõtingit agere vel pati adinuicem: ⁊ ſi contingit ꝙ altera ⁊ differentia ſpecie agunt ⁊ patiuntur abinuicem hoc non contingit ſm ꝙ ſunt altera ſpecie: ſed ſm Tex.c.47.

ꝙ idem ſubiectum exiſtit ambobus differentibus ſpecie: ſed hec agunt ⁊ patiuntur abinuicem. Hec ſunt enī que ab antiquis dicuntur de agere ⁊ pati quantum ad actiua ⁊ paſſiua.

¶ Cap. 3m. Qualiter ſermones iſti ſunt ſubcontrarij: quia ambo habent aliquid veritatis: ⁊ que eſt cauſa deceptionis eorum.

Tex.c.48. Hoc autem modo dicentes ſi quis conſiderat cauſas dicti eorum videntur dicere ſermones ſubcontrarios: quia vtraq̨ ſecta aliquid veritatis habet. ¶ Cauſa autem quare contradicunt eſt: quia opportunum fuit eis conſiderare totū quod eſt in actiuis ⁊ paſſiuis ⁊ non conſiderant niſi in parte: ſimile enī in ſpecie ⁊ omnifariam ⁊ omnimodo ſm materiam ⁊ formam indifferens rationabile eſt non pati a ſibi omnifariam in materia ⁊ forma ſimili. Neutrum eſt actiuum vel paſſiuum ab altero: ſi enim poſſibile eſſet aliquid pati ab omnifariam ſibi ſimili: cum ſimile ſit cauſatum ab vno ⁊ eodem: vt habetur in prima philoſophia pateretur idem a ſeipſo: ⁊ ſi hec ſunt ita tunc nihil erit icorruptibile nec immobile ſi ſimile in ſimile ſm ſimile eſt actiuum: omne enim quod eſt mouebit ſe
Tex.c.49. ipſum ⁊ nunq̄ erit immobile. ¶ Adhuc autem ab altera parte omnifariam ſm materiam ⁊ formam alterum non mouebit nec facit in alterū ab ipſo omnino quod nullatenus eſt idem: ſicut albedo non patitur a linea ſm ꝙ eſt linea: nec econuerſo linea ab albedine niſi ſm accidens: puta ſi linea ſit ſubiectum albedinis vel nigredinis: quia tunc eſt vnum ſubiectum duorum differentium contrariorum: quecunq̨ enim non ſunt contraria nec ex contrarijs illa non ſunt nata ꝙ ſe faciant extra naturam forme ſue ⁊ inducāt aliam formam ſed hoc faciunt ſola contraria que ſe mutuo expellunt ab eodem ſuſceptibili.

¶ Cap. 4m. Quod faciens ⁊ patiens ſunt eadē genere ⁊ materia ⁊ contraria ſpecie ⁊ forma.

Tex.c.50. Quoniam igitur non quodcunq̨ innatū eſt facere ⁊ pati: ſed tñ ea que contraria ſunt. Aut contrarietatem habent neceſſe ꝙ faciens ⁊ patiens genere ⁊ materia ſimilia ſint ⁊ eadem ſpecie autem ⁊ forma diſſimilia ⁊ contraria: naturale enim eſt ꝙ corpus patitur a corpore: ⁊ ſapor a ſapore: ⁊ calor a calore per ſe: ſꝫ per accidens ſapor vel calor tranſmutātur per hoc ꝙ mutatur eſſe eius in ſubiecto: ⁊ ſimiliter calor ⁊ alia accidentia: patet ergo vniuerſaliter ꝙ id quod eſt alicuius generis patiatur ab alio quod eſt eiuſdem generis ſecum: quia contraria poſita ſunt in eodem genere predicamētali cōmuni: ⁊ etiam naturaliter ſunt circa eandem materiam que eſt genus quod dicitur ſubiectum primum. Huius autem cauſa eſt ꝙ omnia contraria ſunt in eodem genere vt diximus: ⁊ contraria ſola faciunt ⁊ patiuntur adinuicem: ergo ea que ſunt eiuſdem generis faciunt ⁊ patiuntur adinuicem. Quoniam autem faciens ⁊ patiens genere quidem ſunt eadem ⁊ ſi
Tex.c.51. milia: ſpecie ſiue aūt ſiue forma ſunt diſſimilia. ¶ Quecunq̨ autem talia ſunt contraria manifeſtum eſt: quoniam aut talia que ſunt actiua ⁊ paſſiua ſibi adinuicem contraria ⁊ media ſunt que ſūt actiua ⁊ paſſiua. ¶ Et etiā patet ex hoc ꝙ vniuerſaliter omnis generatio ⁊ corruptio eſt ex contrarijs ⁊ medijs: generatio autem ⁊ corruptio non ſunt niſi per actionem ⁊ paſſionē. Ideo etiā rationabile eſt ꝙ ignis calefaciat per ſuam formaꝫ que eſt caliditas ⁊ frigiditas ſicut aqua frigefaciat per hoc qđ eſt frigidum: quia tunc iſta ſunt contraria: ⁊ ideo actiua ⁊ paſſiua. ¶ Et adhuc huius alia ratio eſt: quia ſcilicet omne faciens intendit ſibi aſſimilare patiēs qđ non intenderet ſi paſſum eſſet ſibi ſimile omnino: vnde faciens ⁊ patiens ſibi contraria ſunt: ⁊ generatio p quā patiens aſſimilatur agenti eſt contrariū. Quapropter neceſſe eſt ꝙ patiens tranſmutetur in ſpeciem faciētis: ſic enim erit generatio ex contrario in contrarium.

¶ Cap. 5m. Qualiter ambe ſecte dicunt veritatem ſm aliquid.

Et ex his patet ꝙ ſm viam rationis ambas ſectas contingit verum dicere: cum tamen non eadem dicant ⁊ vtranq̨ ſectam aliquo modo tangere naturam: quia dicimus quandoq̨ ꝙ ſubiectum patitur qđ ſubſtat paſſioni ⁊ ſuſcipit eſſe ab actiuo: verbi gratia: dicimus ꝙ homo ſanatur ⁊ ꝙ homo caleſcit: ⁊ ꝙ homo infrigidatur: ⁊ ſic de alijs. Quandoq̨ auteꝫ dicimus ꝙ contrarium tranſmutatur: ſicut id quod in tranſmutatione abijcitur ſicut dicitur ꝙ factum calefit ⁊ ꝙ laborans ſiue infirmus ſanatur. Eodem modo etiaꝫ deficiēte: quia quādoq̨ dicimus ſubiectum facere rationem ſpeciei que eſt in ipſo: ſicut dicimus hominem calefacere: quando auteꝫ dicimus contrarium facere ſicut dicimus calidum calefacere: vnde vno modo materia patitur: ⁊ alio modo contrarium patitur. Reſpicientes autem philoſophi ad materiam que eadem eſt vtriq̨ contrariorum ꝙ etiam patitur quia abijcitur in patiendo dixerunt ꝙ contrarium a contrario patitur: ⁊ ſic ambe ſecte ſm aliquid veruꝫ dixerunt. Tex.c.52.

¶ Cap. 6m. Quot modis dicitur faciens: ⁊ quot modis dicitur patiens.

His habitis determinemus quot modis dicitur faciens ⁊ patiens: ſuſcipiendum autem eſt ꝙ facere ⁊ pati dicitur multipliciter ſicut mouere ⁊ moueri: dupliciter enī ſicut ſupra diximus dicitur mouens: videtur enim hoc veriſſime mouere in quo eſt primum principium motus: principium enim eſt prima cauſarum que ita mouet ꝙ hoc quod mouet non habet ab aliquo ante ſe: ſed mouet imobile exiſtens: ⁊ rurſus vltimum mouens poſt qđ nihil eſt niſi quod mouetur tñ hoc modo ab alio ante ſe ⁊ mouet id quod eſt poſt ſe ad generationem. Similiter auteꝫ eſt dupliciter faciens: dicimus enim ꝙ medicus artifex ſanat infirmum: vel alius potus vel cibus ſm primum mouens in hoc motu: ⁊ nihil prohibet eſſe immotum: quia medicus aut non mouetur ab alio aut ſi mouetur hoc erit per accidens. ſ. non inquantum medicus: ſed inquantum eſt ſuſceptibilis alicuius contrarij: ⁊ quicquid ſit de medico tamen in quibuſdam. ſ. que ſeparata ſunt a materia neceſſe eſt principium mouens eſſe immobile ⁊ hoc dupliciter ſcilicet omnino immobile ſi nullam habet omnino materiam cum eo qđ mouet ſicut in precedenti capitulo de tactu dictum eſt. ¶ Ultimum autem mouens poſt qđ non eſt aliquid niſi id qđ mouet tñ neceſſe eſt ſemper mouere motum ab alio priore. In actione autem recreatur ad primum agens in quo eſt primum principium actionis: id quidem eſt impoſſibile ſm illud agens: quia in ordine agentium vltimum eſt poſt qđ non eſt niſi patiens ipſum: ⁊ eſt patiens cuꝫ hoc qđ agit: quodcunq̨ enim non habet eiuſdem rationis materiam cum paſſibilibus que ſunt elementa: ⁊ elementata iſta faciunt ita ꝙ ſunt impaſſibilia ab eis que ſunt. ¶ Et huius exemplum in arte eſt ars medicine: ipſa enim eſt faciens ſanitatem ⁊ nihil patitur a ſanato cum non habeat materiam eandē cum ſanitate cum materia que eſt ſubiectum artis medicine ſit alia medici ⁊ alia que eſt ſubiectum ſanitatis ſicut humores vel complexio egri hominis. ¶ Exemplum autem facientium ⁊ ſimul patientium in arte eſt cibus: quia ipſe faciens ſanitatem patitur a ſanato: quia aut calefit aut infrigidatur aut aliquid aliud patitur: ⁊ cum hoc ſimul

eſt faciens alterando complexiones ad ſanitatē. ¶ Eſt
autem in hoc ordine antecedentium ars medicine prin
cipium in quo principium eſt actio. Ultimum autem
agens qđ tactum eſt cibus qđ patitur cū hoc qđ agit.
Tex.c.54. ¶ Quecunqȝ ergo agentia non in materia que ſit eiuſ/
dem generis cum partibus habent formam: ⁊ hoc cuȝ
ſint de numero agentium ſiue effectiuorum ſunt impaſ/
ſibilia. Quecunqȝ autē agentia ſpecie agunt que in ma
teria vnica eſt cum paſſiuis iſta ſunt paſſiua cum hoc
qđ agunt. Nos enim dicimus ꝙ materia vna eſt vt ita
dicamus cuilibet contrariorum que eſt ſubiecto vna:
ſȝ ẜm eſſe differat propter hoc dixi vt ita dicam: ⁊ ipſa
eſt vt genus non ꝙ predicabile ſit: ſed ſicut genus dici/
tur ſubiectum primum qđ ſubſtat duobus contrarijs
vel pluribus: contrariorum autem vnum eſt in actiuo
⁊ alterum in paſſiuo: ⁊ ideo vna eſt materia actiui vlti/
mi ⁊ paſſiui: ⁊ ꝙ per materiam calidum poteſt eſſe cale/
ſit neceſſario quando appropinquatur ſibi calidum ca/
leſaciens ipſum. Et ideo ſicut dictum eſt: hec quidem
de natura frigidorum ſunt impaſſibilia ⁊ ſicut diximus
ſupra eſſe in motione ita ſe habet etiam in factione. In
mouētibus enim primū mouens eſt imobile: ⁊ ſimilr in
effectiuis primitus faciēs eſt impaſſibile.

¶ Cap. 7m. Et eſt digreſſio ſoluens ea que videntur cō/
traria de facere ⁊ pati.

Attendendum hic ergo ꝙ contrarietas di
ſtinctionem facientiū in dictis virorum
magnorum. Quidā enim dicunt ꝙ agēs
patitur: ſicut ⁊ nos ſupra diximus in capi/
tulo de tactu. Alij autem ꝙ aliqđ agens
eſt impaſſibile ſicut nos dicimus hic. Alij
iterum ꝙ mouens ſuperius eſt agens ⁊ agens eſt com/
munius ipſo: ⁊ hoc quidem nos in capitulo de tactu di/
ximus. Alij econuerſo ꝙ omnis motus in actione ⁊ oīs
actio in motu eſt ⁊ firmatur ſicut dixit auctor ſex princi/
piorum. Sunt etiam magni viri dicentes ꝙ non vere
agit aliquid niſi prima cauſa ⁊ omne ſcđm agēs non ve
Res per aliā ītētionē agit ⁊ p aliā mouet. re agit. ¶ Ad omnia autem determinata hic ſcias ꝙ
res per aliam intentionem agit ⁊ per aliam mouet ſiue
ſit cauſa prima ſiue de numero ſecundorum mouētium
vel agentium: dicitur enim mouens quando influit mo
tum tm̄: motus autem de ſe nihil mutat de forma ſubie
cti quod mouetur: ſi motus eſſet cum mutatione ſubie
cti: tunc veriſſimus motus veriſſime mutaret: ⁊ hoc
eſt falſum ꝙ veriſſimus eſt motus localis qui nihil mu/
tat de formis ſubiecti qđ mouetur primum ſubiectum
motus eſt primum celum quod nullo modo ſuſceptibi/
le eſt alterationis ẜm formas ſubiecti. Faciens autem
propter hoc ꝙ eſt faciens ſiue agens: quia influit ei id
qđ facit ẜm ꝙ ſubiectū mutatur ẜm aliquam formam:
⁊ ſic dictum eſt ꝙ mouens eſt generalius ꝙ̄ faciens: qȝ
mouens aliquando mouet ⁊ facit ⁊ aliquando mouet:
quia omnis factio motio quedam eſt: ſed non conuerti
tur: quia aut id quod influit formam aliquando ha/
bet materiam ⁊ aliquando non: cauſa enim prima non
habet materiam ⁊ corpus habet materiā. Ideo aliquā
do faciens impoſſibile eſt pati: aliquando autē poſſibi/
le: ⁊ tunc quando tm̄ facit abſqȝ poſſibilitate patiendi:
dicit vere facere ⁊ hoc ſolū eſſe vere eſt factiuū: quando
aūt habet mām: aut habet vnicā in genere eodem cum
paſſiuo: aut non: ⁊ primo quidem modo non patitur fa
ciens a paſſiuo. Ideo quia non tangit ipſum nec eſt ſu
ſceptibile formarum contrariarum que ſunt in paſſiuo
ſicut facit celeſte corpus in elementa vel elementata vel
ars medicine in egrum corpus: econuerſo autem non
patitur omne qđ agit: ⁊ ſic dictum eſt ꝙ omnis paſſio
magis facta abijcit a ſubſtantia ⁊ ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt
inter contraria. ¶ Si autem modus agendi vel mo/
uendi reſpiciatur tunc agens eſt mouens ⁊ econuer/
ſo: qđ vtrūqȝ eſt influens ei aliquod circa quod eſt mo/
tus vel actio: ⁊ quia hec rationem aliquantulum ſa/
pit. Ideo in rationali phyſice parte: motus in actione ⁊
actio in motu firmari dicitur: ⁊ in hoc modo mobile eſt
patiens precipue ẜm verbum grecum patiens qđ eſt re
cipere: quia ſic recipiens ab aliquo eſt patiens. Ariſto.
tamen in libro ethicorum vult ꝙ actiuum principium
ſit omnium operum voluntariorum pertinentium ad
mores ⁊ factiuum principium ſit artificialium: ſed ſic
non ſumitur actio ⁊ factio generaliter ſȝ potius in ma/
teria ciuili tm̄.

¶ Cap. 8m. Ad quam cauſam reducatur faciens: ⁊ ad
quam patiens.

His habitis ad propoſitū redeamus deter Tex.c.55.
minantes ad quā cauſam reducitur agēs:
⁊ ad quā cauſam reducitur patiēs: eſt enim
effectiuum ſiue factiuū cauſa que dicitur
vnde principiū motus id eſt efficiens que
dicitur vnde principium motus: quia mo
tus ad materie tranſmutationem ſicut agens ſiue pa
tiens. ¶ Cauſa enim que dicitur cuius gratia que dici
tur cauſa finalis non eſt factiua que ſȝ moueat efficien/
tem non tamen mouet materiam: nec mouet ſicut prin
cipium vnde fluitur motus mobili: ſed potius per in/
tentionem ⁊ rationem: quia ipſa videlȝ eſt ratio quare
efficiens facit: ⁊ quid per facere intendit cōſequi: ⁊ hoc
patet quia finis inducitur per motum ⁊ factionē ⁊ ha
bito eo quieſcit agens: ⁊ ideo ſanitas quādo eger fit ſa/
nus a medico eſt nō factiua niſi per metaphorā dicat. ſ.
qȝ ratio eſt quare medicus facit: qȝ facit ⁊ illius ꝓbatio
eſt: qȝ quando faciens eſt ẜm actum faciens: tunc ali/
qđ generatur in patiente: ſed talibus habētibꝰ ſiue for/
mis ſicut eſt ſanitas preſentibus ẜm actum non gene/
ratur aliquid nec ſit ſed eſt iam in patiente quieſcens:
ſpecies enim ⁊ fines ſunt habitus quidam quieſcentes:
ſiue in quibus quieſcit materia: ſicut autem factiuum
ad agentem cauſam reducitur ita econuerſo paſſiuum
in eo qđ paſſiuum reducitur ad materiam: quia paſſio
eſt imperfecta: quia ſpeciem recipit facientis. Que au
tem ſunt paſſiua ſiue actiua habent ſpeciem in materi/
am ſicut ignis in materia habet calidum ſi autem eſ/
ſet calidum ſeparatum: tunc non pateretur ẜm formā:
calidum impoſſibile eſt eſſe ſeparatum: ſȝ hoc dixerint
quidam: ſi autem quedam alia talia ſunt que ſunt ſepa
rata in illis vtiqȝ verum erit qđ dictum eſt ẜm ꝙ agēt
impoſſibilia entia. ¶ Sed de hoc in prima philoſo/
phia erit locus determinare: quid ergo ſit facere ⁊ pati
in quibus exiſtant: ⁊ quare ⁊ quomodo dictum eſt hoc
modo.

¶ Cap. 9m. ꝙ antiquiſſimi dixerunt ꝙ modus actio/
nis ⁊ paſſionis eſt per poros.

Cum autem diximus quendā motū actio Tex.c.56.
nis ⁊ paſſionis qui ſumptus eſt in genere
ex parte actionis ⁊ paſſionis rurſus dica/
mus in ſpecie aliquādo qui erit ſumptus
ex parte actiuorum ⁊ paſſiuorum: ſed qua
liter veniat agens ad patiens vt impri/
mat ei formam ſuam ad quam intendit ipſum pati/
ens tranſmutare: viſum eſt autem aliquibus ꝙ vnum/
quodqȝ qđ patitur patiat per foramina parua que gre
ci poros vocant. Ita ꝙ vltimum faciens qđ eſt proxi/
mum patienti ingrediatur per illos poros in patiens
⁊ vndiqȝ contingat ipſum: ⁊ ideo vndiqȝ patitur pati/
ens ⁊ non in vno loco tm̄: ⁊ qȝ viſus ⁊ auditus ẜm eos
etiam effunduntur ſuper viſibile per media que ſunt in
ter videntem ⁊ rem viſam. Ideo dixerunt etiam ꝙ per
poros eorum corporum que ſunt media ſenſuum: vide
mus autē ⁊ audimus ⁊ ẜm alios ſenſus ſentimus oēs:
dicunt etiam ꝙ ideo plus videmus per aerem ⁊ aquas

⁊ per alia corpora tranſparentia: ſicut eſt vitrum ⁊ cryſtallus: quia illa corpora plus habent poros qui pori quidem inuiſibiles ſunt propter paruitatem: ſed magis ſpiſſe poſiti ſunt ⁊ magis ſm ordinem poſiti: ita ꝙ porus in tranſparentibus ſit iuxta porum ⁊ magis recte per illa tranſiens eſt porus. In alijs autem corporibus ſunt tortuoſi pori ⁊ inordinati: ⁊ ideo non trāſit ea viſus. Antiquiſſimi ergo illa determinauerunt vt dictum eſt.

¶ Cap. 10m. De opinionibus antiquoꝝ magis deſcēdētium ad ſpēm circa modū actionis ⁊ paſſionis.

MAgis autem deſcendentes ad ſpecieꝫ agētium ⁊ patientium ſicut Empedo. non ſolum dicunt poros eſſe in facientibus ⁊ patientibus: ſed etiam dicunt miſcere ea ſola quorum pori adinuicem ſunt commenſurabiles vt vnum in alium ingredi poſſit: ita ꝙ plurimum vnius ſit in plurimo alterius ⁊ ecōuerſo: ⁊ quia non omnia talia ſunt. Ideo non omnia
Tex.c.57. omnibus miſceri poſſunt. Uiam autem que maxime eſt naturalis de omnibus naturalibus paſſionibꝰ vno ⁊ ſimili ſermone enuntiauerunt Democritus ⁊ collega Leucippus quia fecerunt principium qđ eſt ſm naturam ſicut ſupra diximus in ſermonibus eorum de generatione: quidam enim antiquorum ſicut Meliſſus opinati ſunt ex neceſſitate vnicum tīſi ⁊ totum eſſe ⁊ imobile: dico autem totum ens eſſe vnum continuum: dixerunt enim illi ꝙ vacuum non eſt aliquid in rerum natura: dixerunt enim non poſſe aliquid moueri niſi ſit vacuum extra res a rebus ſeparatum in quo moueatur: hoc qđ mouetur: dixerunt etiam ꝙ multa alia eſſe non poſſunt: quando non eſt aliquid ſegregans in terra: vacuum autem dixerunt eſſe ſegregans. Et quia poſſet eis dici ꝙ multa ſunt ſe tangentia: ita ꝙ in terra non ſit vacuum ſegregans: dicunt ꝙ hoc nihil differt quia continuum ⁊ contingens idem dicebāt eſſe: quia conti-
Tex.c.58. nui partes ſe ſm iſtos contingebant. Dixerunt etiam ꝙ nihil differt dicere ꝙ ſint multa: ⁊ ꝙ ſit vnum ⁊ ꝙ dicatur eſſe vacuum: quia continuum ⁊ contiguum ſunt vnum ſm iſtos nec multa ſunt niſi ſint diuiſa: nec diuiduntur niſi per vacuum ſed non eſt vacuum: ergo nec multa ſed omnia continua ſunt. ¶ Si enim dicatur ꝙ ens vbiqꝫ hoc eſt in omni puncto eſt diuiſibile: tūc poſſibile eſt accidere ꝙ nihil ſit vnum de rebus naturalibus: ſed multitudo componitur ex vnis: ergo nec multitudo erit igitur tunc totum erit vacuum in quo nec multa ſunt nec vnum. Si autem dicatur totum ens continuū ſm aliquid eſſe diuiſibile ⁊ aliquid non: hoc vtiqꝫ videtur eſſe fictitium cum non ſit magis ratio quare in vno puncto diuidatur ꝙ̄ in alio vſqꝫ ad quantum enim erit diuiſibile ita ꝙ non ibi ſtet diuiſio: ⁊ quare aliquid de vniuerſo ente ita habet ꝙ diuiditur ⁊ ſeparatur per vacuum: aliud autem ita habet ꝙ eſt plenum ⁊ non diuiditur ita ꝙ vnum ab alio ſeparatur per vacuum. Amplius ſic etiam neceſſariū eſt accidere ꝙ nō ſit motio aliqua.

¶ Cap. 11m. Et eſt digreſſio ponens modos antiquorū de poris: ⁊ ꝙ ens ſit vnum ⁊ immobile.

ATtendendum hic ꝙ rationes philoſophorum de poris fuerunt iſte: videbant enim ꝙ totum paſſibile ſuſcipit formam agentis: ⁊ quia antiqui formalem cauſam non bene intellexerunt. Ideo videre non poterant qualiter agens communicat patienti virtutem forme ſine materia ſua: ⁊ ideo opinati ſunt agens per particulas materie intrare in patiēs: ⁊ quia intrinſeca eſt ei forma agentis. Ideo poſuerunt ꝙ poros intraret: ⁊ qꝛ non eſſet poſſibile quia poros nō habet ⁊ difficulter paſſiue quia paucos vel non proportionatos agenti poros habet. Et omnes iſti ſupponebant eſſe vacuum intra corpus in poris corporis ⁊ extra corpus in ſpatio qđ ſeparat vnum corpus ab alio ne tangat ipſuꝫ nec continuatur ei. Meliſſus autem dixit nihil eſſe vacuum: ⁊ ideo deſtruxit omne antecedens ad vacuum: vnde ſic arguebat ſi diuidatur continuū diſcretio erit inter diuidenda que erant partes continui: ſed non eſt diſcernens niſi vacuum: ergo vacuum eſt: ſed hoc eſt falſum: ergo non eſt diſcernens inter diſcreta: ergo totum remanet vnum indiuiſum. Qđ autem non ſit ſegregans ſiue diſcernens niſi vacuum ſic probat: vacuum opponitur pleno ⁊ ens non enti: ſed omne ens eſt plenum ens: quia dicebat plenum idem ꝙ rem plene .i. perfecte exiſtentem: ergo nihil entium eſt vacuum. Plenum autem a pleno non ſegregatur propter qđ plenum: ergo ſegregabitur per vacuum: ſed vacuū non eſt: ergo res a re non ſegregabitur: ergo res rei permanet continua. Qđ autem eſſet ens immobile ſic arguebat. Si res moueretur aut eſt continua rei aut non eſt: ſi eſt continua ſed mota ſm locum vna parte cōtinui mouetur totum continuum: ergo vna re mota in mundo mouetur quicquid eſt in mundo qđ eſt inconueniens: ergo res non mouetur que eſt cōtinua rei: ſi autem non eſt continua: ergo cum mouetur de loco ad locum: aut mouetur in plenum aut in vacuum: ſi mouetur in plenum: ergo duo corpora erunt in eodem loco qđ eſt falſum. Si autem in vacuum ergo vacuū eſt qđ falſuꝫ eſt: ergo ens eſt vnum continuum ⁊ immobile.

¶ Cap. 12m. Qꝫ dementie eſt ſimile dictum Meliſſi.

HAbitis his redeamus ad propoſitum dicentes ꝙ ex his vtiqꝫ ſermonibus patet ꝙ tranſcendunt ſenſum diſcipuli Meliſſi ⁊ deſpexerunt eum ac ſi non eſſet conueniens ſenſum ſequi contra rationem. Et dixerunt omne qđ eſt vnum eſſe ⁊ imobile Tex.c.59.
⁊ infinitum: ſi enim finiretur tunc finiretur non ſcilicet ad plenum qđ eſt ens ſed vſqꝫ ad vacuū: ſed quia vacuum non eſt ideo nihil finitur ad ipſum: ⁊ ideo ens eſt infinitum. Iſti ergo propter has cauſas ita nuntiauerunt de veritate rerum. ¶ Amplius autem in ſermone per rationem videtur eis hoc contingere que dicunt: ſed ſi res ipſe inſpiciantur dementie ſimile videtur eſſe dictum eorū ⁊ plus ꝙ̄ dementes ſunt: nullus enim vnquā dementiū tātū egreſſus eſt metas rationis ꝙ ignē ⁊ glatiem extimauerit vnum eſſe: ſed dementes aliqui inueniuntur qui propter aſſuetudinem decepti dicunt bona que in ſenſu bona apparent pro eo ꝙ ſunt delectabilia ſm ſenſum eſſe vera bona ⁊ ꝙ nulla differentia ſit inter illa.

¶ Cap. 13m. De comparatione dictorū que dixerunt diuerſi philoſophi de facere ⁊ pati: ⁊ quis inter eos melius dixerit.

SI autem comparantur dicta antiquorum de facere ⁊ pati: tunc Leucippus extimatus eſt habere ſermones meliores alijs in hoc ꝙ confitetur ea que ad ſenſum vera ſunt: vnde non deſtruit generationem nec corruptionem nec motum nec multitudinem entium: ⁊ hoc quidem dicit: quia cōfitetur ea que conueniunt his que in ſenſu apparent: conuenit autem cum his qui dicunt vnum eſſe omne quod eſt ſicut dicit Parmenides ⁊ Meliſſus: qꝛ dicit ꝙ bene ſequitur ꝙ motio non eſt ſi vacuum eſſe non dicatur. Sed in hoc differt a Meliſſo ⁊ Parmenide: quia illi deſtruxerunt ꝯſequens ſcilicet vacuū eſſe ⁊ concludunt oppoſitū antecedentis: ſcilicet motum non eſſe. Sed Leucippus ponit antecedens ⁊ infert ꝯſequens .ſ. motum eſſe ⁊ ex Tex.c.60.

hoc concedit vacuum eſſe: vacuum autem dicit eſſe ſicut pꝛi-
uationem: ⁊ ideo ſimpliciter quidem eſt non ens: qꝛ non eſt
aliqd entium ſicut nec pꝛiuatio tamen eſt ens: qꝛ entis eſt ſi-
cut pꝛiuatio reſpectu habitus: vnde plenum dicebant eſſe
pꝛincipaliter ens: ſed vacuum non eſſe pꝛincipaliter: ſed ta-
men non dicebant ꝙ omne tale qđ eſt ſicut plenum eſſet vnū
ſed potius talia infinita ſunt multitudine ⁊ indiuiſibilia di-
uiſione phyſica pꝛopter paruitatem ſui tumoꝛis ſiue ſue quā-
titatis: ⁊ quia hic feruntur ſiue ambulant in vacuo ⁊ dicun-
tur athomi: dicunt enim vacuum eſſe ſicut diximus: ⁊ dicūt
ꝙ hec cum ſtant congregata faciunt generationem ⁊ diſſolu-
ta abinuicem faciunt coꝛruptionem: ⁊ ſm ꝙ exiſtūt vndiqꝫ
tangentia faciunt actionem ⁊ paſſionem: ⁊ ſm ꝙ vnum ſub-
intrat in alio faciunt augmentum: ⁊ ſm oꝛdinem ſitum ⁊ fi-
guras faciunt alterationem: ⁊ ſm ꝙ quodlibet intrat in qđ-
libet faciunt mixtionem: dicunt enim Democritus ⁊ Leu-
cippus ꝙ ſm ꝙ talia ſunt non ſunt vnum: ⁊ ꝙ generationē
faciunt ſm ꝙ ſunt compoſita ⁊ complicata: confitētur tamē
Tex. c. 61. etiam ꝙ ex eo qđ ſm veritatem eſt vnū qđ eſt id qđ oīno eſt
indiuiſibile actu ⁊ potentia nunꝙ̄ fit multitudo nec ex vere
multis que diſcreta ſunt ⁊ non actu nec potentia coniungibi-
lia ſicut indiuiſibilia nunꝙ̄ fit vnum compoſitum ex illis nu-
mero vtrunqꝫ hoꝛum eſt impoſſibile: dicunt etiam iſti duo
viri. ſ. Democritus ⁊ Leucippus ꝙ patitur res per poꝛos:
ſicut dicit Empedocles ⁊ alij de numero illoꝛū philoſopho-
rum: ⁊ dicunt ꝙ omne pati ⁊ omne alterari hoc modo gene-
ratur ⁊ fit ita ꝙ fiat rei diſſolutio ⁊ coꝛpoꝛis per interpoſitio-
nem vacui: quia vacuū interponitur rebus res intercipien-
do: ita ꝙ pars huc pars autem illuc feratur. Similiter di-
cunt fieri augmentationem coꝛpoꝛibus ſolidis paruis ſub-
Tex. c. 62. intrantibus in rem que augeť. ¶ Fere autem ꝯtingit Em-
pedoclem dicere qđ dicit Leucippus in hoc ꝙ indiuiſibilia
neceſſe eſt eum ponere. Dico autem fere quia Leucippus
ponit athomos ſegregatos ambulātes in vacuo ⁊ athomos
in coꝛpoꝛe qđ conſtat que indiuiſibilia inter poꝛum ⁊ poꝛum
faciunt diuiſionem. Sed Empedoclem contingit alterum
hoꝛum dicere. ſ. athomos que diuidunt inter poꝛum ⁊ poꝛū
quia aliter in omni re poꝛi eſſent continui hoc autem eſt im-
poſſibile. Tunc enim coꝛpus ſolidū nihil eſſet pꝛeter poꝛos:
ſed totum eſſet vacuum: ergo nihil eſſet qꝛ vacuum eſt ſicut
non ens vt dicit Leucippus: neceſſe eſt ergo athomos eſſe
ſe tangentes inter poꝛos: media autem athomoꝛum eſſe va-
cua que Leucippꝰ dicit eſſe poꝛos: fere ergo Empedocles
dicit ſicut Leucippus de facere ⁊ pati. Modi ergo ſm quos
vt dicunt antiqui hec quidem faciūt: hec autem patiuntur
fere ſunt qui dicti ſunt. Dico autem fere pꝛopter Platonē
de quo infra faciam mentionem ⁊ manifeſtū eſt quid ⁊ quo-
modo de his dicunt.

¶ Cap. 14m. Qui philoſophoꝝ magis ex dictis ſuis poſſunt cauſare nāliа que ſenſus confitetur eſſe.

Tex. c. 62. Que autem in phyſicis ⁊ ad ſenſum confitētur
quedam plus ſequūtur quoꝛūdam poſitiones
⁊ quoꝛūdam minus: verbi gratia: minus enī
ſequitur ad poſitionem Empedo. quomodo
erit generatio ⁊ coꝛruptio: qꝛ hoc ex dicto ſuo
non eſt manifeſtum. Democrito enim ⁊ Leu-
cippo ponentibus pꝛima pꝛincipia eſſe coꝛpoꝛa indiuiſibilia
que differunt foꝛmis ſiue figuris manifeſtum eſt qualiter fi-
unt: eo ꝙ confeſſa ſunt in naturis: qꝛ conſtantibus his res
generantur ⁊ diſſolutis coꝛrumpuntur ⁊ alterantur ⁊ patiū-
tur ⁊ augentur ſicut ſupꝛa diximus. Empedocli autem non
contingit eſſe manifeſtum qualiter hec fiāt: qꝛ ipſe bene cau-
ſabit ex dicto ſuo generationem ⁊ coꝛruptionem eoꝛum que
fiunt ex elementis: ſed cū ponat illa eſſe non ex alijs nec ex
inuicem non ponit ipſe ex dicto ſuo cauſam differentie vn-
de generetur elementoꝝ coacervata quātitas: qꝛ athomos
non ponit: nec ponit ꝙ ſit aliquod elementum vnde genera-
tur ignis vel aliqđ alioꝝ elementoꝛū ſicut Plato in timeo
ſcripſit aliqua elementa eſſe hoꝛum coꝛpoꝛum. ſ. ignis aque
Tex. c. 63. ⁊ aeris ⁊ terre. In tribus enim differunt vt non eodem mo-
do Plato Leucippo dicat: qꝛ Leucippus quidem dicit pꝛi-
ma eſſe ſolida coꝛpoꝛa athomalia. Plato aūt dicit planiti-
es ſiue ſuperficies indiuiſibiles. Et Leucippus dicit ꝙ vnū
quodqꝫ coꝛpoꝛum athomoꝛū terminatur infinitis figuris.
Plato autem dicit ꝙ figure planitierū ſunt terminate ⁊ fi-
nite: quia generātur omnes ex triangulo modo ſupꝛadicto.
Sed tamen vterqꝫ tam Plato ꝙ̄ Leucippus dicunt indi-
uiſibilia que figuris ſunt determinata ex quibus fit genera-
tio congregatione ⁊ coꝛruptio ſegregatione. Et Leucippo
quidem duo modi erunt quibus fit actio ⁊ paſſio. ſ. per tactū
agentis ⁊ patientis: ⁊ per vacuū qđ eſt poꝛus. Platoni aūt
tm̄ vnus iſtoꝛum modoꝛum relinquitur: qꝛ ſuperficies ma-
thematica non eſt poꝛoſa: ⁊ ideo non fit actio ſm eū niſi per
tactum: ⁊ nos in pꝛioꝛibus ſermonibus tertij libꝛi celi ⁊ mū-
di diximus de planitiebus. Qđ aūt ꝯtingit dicere de coꝛpo-
ribus indiuiſibilibus nunc dimittatur.

¶ Cap. 15m. Utrum indiuiſibilia ſint pꝛincipia ⁊ cauſe actio-nis ⁊ paſſionis ſicut dixerunt Democritus ⁊ Plato.

Licet autem nos hic diſputemus vtrum vacuū Tex. c. 64.
ſit cauſa actionis ⁊ paſſionis qđ antiqui pone-
bant in coꝛpoꝛibus poꝛoſis: tamen digreſſio nē
faciemus ad inquirendum de ipſis indiuiſibi-
libus parum tamen digrediemur: qꝛ non in-
quiremus de natura indiuiſibiliū: ſed tm̄ vtrū
ſit cauſa actionis ⁊ paſſionis. Dicimus enim qm̄ vnūqđqꝫ
indiuiſibilium neceſſarium eſt etiam dicere impaſſibile: di-
cunt enim antiqui ꝙ paſſio non fit niſi per vacuum qđ eſt in
poꝛis coꝛpoꝛis: ita ꝙ vacuum poꝛoꝛum cauſa ſit actionis ⁊
paſſiōis. Et nos dicimus ꝙ nec cauſa eſt actiōis nec paſſio-
nis nec etiam diſpoſitio. ¶ Omne enim qđ eſt cauſa actio-
nis vel paſſionis eſt durum vel frigidum vel aliqua qualita-
te diſpoſitum. Sed vacuum cum ſit pꝛiuatio ⁊ non ens reſpe-
ctu pleni nulla earum qualitatum eſt diſpoſitum: ergo nec
actiuum nec paſſiuum: hoc autem dicimus ꝙ̄uis etiam di-
ctum eoꝛum de indiuiſibilibus ſit inconueniens: dicūt enim Tex. c. 65.
ꝙ caliditas datur ſola inter actiuas qualitates figure circu-
lari athomoꝛum: qꝛ ponebant celum eſſe ignem purum: qꝛ
videbant eſſe circulare. Si enim dant calidum circulari fi-
gure: neceſſarium eſt ꝙ alicui figurarum anguloſarum ſi-
cut quatrilatere vel alij dent frigiditatem. Si autem conce-
dunt has duas qualitates eſſe in athomis: tūc etiam debēt
concedere conſequentes earum eſſe in eis quales ſunt gra-
uitas ⁊ durities: leuitas ⁊ mollities: ⁊ alie huiuſmodi qua- Tex. c. 66.
litates. Eſt autem iterum inconueniens dictum Democri-
ti cum cōcedit in athomis vnū eſſe grauius altero: ſicut ap-
paret in radio ſolis qꝛ vnus athomus deſcendit magis ꝙ̄
alius: ſi enim vnus eſt grauioꝛ altero: qꝛ leue eſt leue per ca-
liditatem que rarificat partes materie ſue ⁊ facit ipſum le-
ue. ¶ Cum autem talia ſunt ſi diceretur ꝙ nō pateretur ad
inuicem eſſet hoc impoſſibile: patitur enim leuiter calidum
a multo calido non inquantum ſunt ſimilia in calido: ſed in-
quantum excedens eſt magis calidum ⁊ exceſſū eſt plus fri- Tex. c. 67.
gido permixtum. ¶ Similiter ſi durum dicit eſſe Democri-
tus neceſſe eſt ꝙ dicat etiam molle eſſe in athomis. Molle
enim naturali impotentia reſiſtendi tactui paſſiuum eſt: lꝫ
inquantum eſt humido infuſum ſit ſubactiuum: dico autē
ſubactiuum: qꝛ per humidum actiuum qđ non ſimpliciter
actiuum eſt: ſicut calidum ⁊ frigidum. Et pꝛopter hoc dictū
iterum ſequitur athomos eſſe actiuos ⁊ paſſiuos: ⁊ ex omni-
bus his dictis que perfecte dicit Democritus vel ſequitur
ex dictis ſuis vt habitum eſt. Neceſſe eſt ꝙ Democritus di-
cat ꝙ athomi ſunt actiui ⁊ paſſiui: ⁊ lꝫ hoc ipſe conceſſerit ꝓ-
pter duas rationes: tamen hoc impoſſibile eſt ⁊ inconueni- Tex. c. 68.
ens. In athomis enim aut ponitur figura ſola: aut cum figu-
ra qualitas actiua aliqua aut paſſiua. Si ponitur in eis figu-
ra ſola tunc non erunt actiua nec paſſiua: quia figura neu-
trum eſt: quia aliter mathematica agerent ⁊ paterentur.
Si autem cum figura in athomis ponitur qualitas aliqua
aut vna erit illa in quolibet athomo aut plures: ſi vna cum
athomus ſit pꝛincipiū vt dicunt illa erit immobilis ab ipſo
ita ꝙ calidum ſemper eſt calidum: ⁊ frigidum ſemp eſt frigi-
dū: ergo vna natura materialis non erit athomis ſubiecta:

qꝛ materia variatur de ꝯtrario in contrariũ qđ ſm dicta nõ
faciunt athomi qđ eſt impoſſibile: ſemper enim erit vna nã
materialis ſubiecta ꝯtrarijs. Si aũt multe qualitates īſunt
vni athomo que quidem ſint actiue ⁊ paſſiue ille ſine dubio
erũt ꝯtrarie: qꝛ actio ⁊ paſſio erũt iter ꝯtraria: ergo ꝯtraria
ſunt in eodẽ indiuiſibili: ergo ꝯtraria inſunt eidem ſm ideꝫ
qđ iteꝝ eſt impoſſibile: vnde ſi patiatur athomus ſm ꝙ in/
frigidatur ſm id patietur ⁊ aliud. ſ. caloꝛem qđ falſum eſt.
Et eodeꝫ modo eſt de paſſionibus alijs actiuis ⁊ paſſiuis:
ergo lꝫ ipſe indiuiſibilia dicat eſſe actiua ⁊ paſſiua: ſequitur
tamen ea eſſe nec actiua nec paſſiua. Jllud aũt inconueniẽs
Tex. c. 69. non ſimpliciter tñ ꝯtra Democritũ. Sed etiam ꝯtra Pla
tonem qui dixit indiuiſibiles planities eſſe pꝛincipia: dixit
enim Plato non eſſe vacuum indiuiſibilibus planitiebus:
⁊ qꝛ ſm eos non fit raruꝫ niſi vacuũ interponatur partibus
coꝛpoꝛis ſequitur ꝙ non ente vacuo non generatur aliquid
rarius vel denſius: ſunt autem rarum ⁊ denſum pꝛima ꝯtra
rietas ex parte materie: cum ergo ille non ſint conſequentes
etiam non ſunt: ergo nulle ſunt in coꝛpoꝛe qualitates actiue
vel paſſiue: ergo nec agit nec patit̃ aliquid indiuiſibiliũ quã
Tex. c. 70. do vacuum non ponitur eſſe in ipſo. Si aũt dicat aliquis ꝙ
athomi parui ſunt indiuiſibiles ⁊ magni non ſunt indiuiſi/
biles hoc erit incõueniens: veꝝ enim eſt ꝙ rõnabilius ⁊ fa/
cilius magna diuidunt̃ ꝗ̃ parua: qꝛ magna facilius diſſoluũ
tur ꝗ̃ parua: ideo qꝛ magna componunt̃ ex multis ⁊ parua
ex paruis: ſed indiuiſibile dicit vniuerſalr̃ indiuiſibile: qꝛ
nõ eſt paruũ: ⁊ ideo diuiſio magis eſt ex iſtis magnis ꝗ̃ par
Tex. cõ. 71. uis: ſed tamen exiſtit vtriſqꝫ. ¶ Amplius aũt aut etiam illa
oĩa indiuiſibilia ſolida exiſtunt vnius nature: ſicut ſi eſſent
ignea vel terrea: aut ſunt diuerſaꝝ naturaꝝ: ſi aũt ſunt vni/
us nature ſiue vnius ſpeciei ſm quãtitatẽ quid erit tũc di/
uidens ⁊ diſcontinuans ipſos athomos: quare non accidit
eis ſicut in aqua: cum enim vna pars tangat aliam ſtatim
ꝯtinuatur ei: ſimplr̃ enim cum vnus athomus tangit alium
ſtatim cum eo debet continuari: poſterioꝛ enim non differt
a pꝛioꝛe niſi in natura foꝛmali. Si aũt ſunt diuerſaꝝ natura
rũ ſiue ſpecieꝝ quales ſunt ille ſpecies: cum enim ille nature
faciant athomos diuerſos ⁊ diſcontinuos ipſe ſunt ante ea
ſm naturam: ergo ille non magis ſunt ponende cauſe ⁊ pꝛin
cipia rerum que fiunt ex athomis ꝗ̃ figure athomoꝝ quas
Tex. cõ. 72. pꝛincipia dixit eſſe Democritus. ¶ Amplius hoc videt̃ eſſe
inconueniens ſuper hoc ꝙ ea que differunt natura ⁊ foꝛma
agunt ⁊ patiuntur abinuicem cuꝫ ſibi appꝛoximant: nature
ergo ille erunt pꝛincipia actionis ⁊ paſſionis ⁊ non figure.

¶ Cap. 16m. Utruꝫ indiuiſibilia mouentur in vacuo ſicut di
xit Democritus.

T. cõ. 73. QUia etiam Democritus hic dixit īdiuiſibilia
ferri ⁊ moueri in vacuo: queramus qđ ea mo/
ueat: aut eniꝫ indiuiſibile mouetur a ſe vel ab
alio: ſi ab alio tunc ipſum eſt paſſiuum: ergo nõ
pꝛincipium actionis: ſed potius mouẽs ipſum
eſt pꝛincipium actionis: ſi aũt mouet ipſum ſe
vnũquodqꝫ aut diuiſibile erit aut ſm aliud mouet̃: ⁊ hoc eſt
contra hypotheſim aut ipſum eſt indiuiſibile: ⁊ tunc cũ mo
ueri ſuum ⁊ mouere ſint ad foꝛmam agendo ⁊ patiẽdo erit
hoc ipſum indiuiſibile ſm id agens ⁊ patiẽs: ſed actio ⁊ paſ/
ſio ſunt ꝯtrarioꝝ: ergo idem indiuiſibile in eodem habebit
Tex. cõ. 74. contraria qđ eſt impoſſibile. Adhuc ſm hoc materia ꝯtra/
rioꝝ nõ tñ erit numero ⁊ ſubiecto vna ſed etiam in potẽtia
diſpoſita qđ eſt impoſſibile: ergo nõ mouetur in vacuo.

¶ Cap. 17m. Qꝛ pori nõ ſunt cauſa actionis ⁊ paſſionis.

Tex. cõ. 75. HJs habitis de coꝛpoꝛibus indiuiſibilibus ve/
niamus ad opinionem de poꝛis ⁊ oſtẽdamus
ꝙ non ſunt neceſſarij ad actionẽ ⁊ paſſionem:
quodcũqꝫ eniꝫ dicũt ꝯtingere paſſiones ex hoc
ꝙ actiuum mouetur in poꝛis paſſiui: ſed cum
hoc dicunt ꝙ res etiam adhuc patitur cuꝫ im/
pleti ſunt pori neceſſe eſt eos concedere ꝙ pori ſunt ſupflui:
ſi enim aliquod totum ita patitur qđ in poꝛis tangit ipſum
actiuum qđ ſubintrauit in ipſum: tunc id patitur per tactuꝫ
actiui ⁊ non pꝛopter poꝛum: ergo etiam ſi nõ habeat poꝛos
ſed ſic totum continuum ens patietur eodem modo pꝛopter
Tex. c. 76. tactum actiui. ¶ Amplius autem quomodo contingit ſm
iſtos dicere de videre ⁊ inſpicere ⁊ de alijs ſenſibilibus cum
per tranſparentia fiant ſenſus. Non enim poſſunt dicere ꝙ
ſentiens ſm tactum tranſeat per tranſparens vt perueniat
ad rem ſenſatam: qꝛ quidam ſenſus fiunt per diſtãtiaꝫ. Nec
iterum poſſunt dicere ꝙ ſenſus fiat per poꝛos ſi plenus eſſe
dicatur quiſqꝫ poꝛoꝛum: plenos enim poꝛos nihil differt aut
poꝛos habere qꝛ totum coꝛpus tranſparens ſic erit plenum.
Si autem aliquis dicat ꝙ pori coꝛpoꝛuꝫ tranſparentiũ ſunt
vacui: aut ergo poſſunt in ſe recipere coꝛpoꝛa aut non: ſi poſ
ſunt recipiant ergo tunc ſequitur idem qđ pꝛius. ſ. ꝙ nõ ſem
per contingat videre per tranſparens: qꝛ impletis poꝛis ni/
hil videtur. Si aũt pori coꝛpoꝝ tranſparentium tales ſunt
ſm magnitudinem: qꝛ non poſſunt ſuſcipere coꝛpus implẽs
ipſos poꝛos: hoc ridiculoſum eſt. ſ. vt dicatur paruum foꝛa/
men eſt qđ poꝛus dicitur ſicut vacuum magnum aut ſpatiũ
non fit vacuũ ſed impletur coꝛpoꝛe ſubintrante in ipſum: qꝛ
qualecunqꝫ eſt vacuum id habet ſuum pꝛopoꝛtionabile im/
plementuꝫ. Eſt etiam contra rationem hanc vacui poꝛi: qꝛ
vacuum nihil eſt niſi regio ſiue ſpatium coꝛpoꝛis alicuius ſu
ſceptiuũ: quapꝛopter manifeſtum eſt: qm̃ omni coꝛpoꝛi in tu
moꝛe ſue quantitatis ſimile erit vacuum ſi vacuuꝫ eſſe ſup/
ponatur: vniuerſaliter autem ſuperfluum eſt dicere pꝛopter
actionem ⁊ paſſionem eſſe poꝛos: aut enim faciens facit ſm
tactum aut non ſm tactum: ſi non ſm tactum facit ergo non
facit intrinſecus in poꝛis tangens: ergo poꝛus non eſt cauſa
paſſionis. Si aũt faciat ſm tactum ergo ꝗ̃uis non ſint pori
dũmodo actiuum tangat paſſiuum: ⁊ ſint innata agere: ⁊ pa
ti adinuicem fiet actio ⁊ paſſio. Quoniã igitur ergo ita dice
re eſſe poꝛos vt quidam eos eſſe extimant: aut mẽdaciũ eſſe
aut inutile ad cauſam actionis ⁊ paſſionis manifeſtum eſt
ex dictis.

¶ Cap. 18m. Qꝛ pori nõ ſunt cauſa diuiſionis coꝛpoꝛum.

OStendemus autẽ ꝙ nec ſunt cauſa diuiſionis
coꝛpoꝛum: cum enim omne coꝛpus ſit diuiſibi
le ⁊ phyſicum ⁊ mathematicuꝫ. Cũ mathema
ticum poꝛos non habeat ridiculum eſt poꝛos
dicere cauſam diuiſionis: qꝛ coꝛpoꝛa poſſunt ſe
parari ſm illud ſm ꝙ ſunt diuiſibilia: hoc autẽ
non eſt vacuum in poꝛis: qꝛ aliter mathematica non erunt
diuiſibilia.

¶ Cap. 19m. Et eſt digreſſio determinãs qualiter pori faciũt
ad actionem ⁊ paſſionem: ⁊ qualiter ad diuiſionem.

ATtendendum hic ꝙ coꝛpus mathematicum
non habet poꝛos: phyſicum aũt non omne ne/
ceſſe eſt habere poꝛos: ſꝫ tñ id ex quo aliquid
reſpirat vel ſubintrat: ⁊ ideo coꝛpus humiduꝫ
aut poꝛos non habet cum in ſe terminari non
poſſit: aut ſi habet continue delẽtur pori eius:
pori aũt in quibus ſunt ad facilitatem faciunt paſſionis: ſed
paſſionis non ſunt cauſa: ſic ſimiliter ad facilitatem faciunt
diuiſionis: tamen diuiſionis non ſunt cauſa. Si autem va/
cui dicerentur eſſe pori: tunc adhuc minus eſſent cauſa di/
uiſionis ⁊ paſſionis.

¶ Cap. 20m. Qualiter actio ⁊ paſſio ſunt ſm veritatem.

QUia autem nos iam diximus opinionẽ alio/ Tex. c. 77.
rum circa actionem ⁊ paſſionem. Dicamus
quomodo exiſtat generare ⁊ facere in patien/
tibus ſm veritatem: facere eniꝫ pꝛopter gene
rari ⁊ pati pꝛopter generari. Dicamus autem
de facere ⁊ pati acciplẽtes pꝛo pꝛincipio actio/
nis ⁊ paſſionis id qđ multotiens dictum eſt: hoc autem eſt
ꝙ vnum eſt poteſtate ⁊ aliud actu eſt. Cum enim omne qđ
eſt poteſtate ſit receptiuum foꝛme alicuius per hoc ꝙ eſt po
teſtate: receptiuum autem alicuius foꝛme eſt receptiuuꝫ ip/
ſius alio quodam agente in ipſum: conſtat omne id qđ eſt
in potentia eſſe paſſiuum: quia hoc eſt paſſiuuꝫ foꝛmam ali/
quam quam recipit ab alio: id autem qđ eſt actu pꝛincipiuꝫ
eſt actionis: quia actio ipſius eſt ab actu eius ⁊ non dicere/
tur actio niſi eſſet ab actu: ⁊ ideo actus ſm ꝙ eſt pꝛincipium
actionis perficit actum: qđ per ſe ⁊ non per accidẽs eſt acti
uum: id eſt qđ eſt actiuum ⁊ generatiuum illius foꝛme: quia
ipſum eſt in actu: vnde patet ꝙ potentia eſt pꝛincipium
paſſionis ⁊ actus eſt pꝛincipium actionis: tale autem coꝛ/
pus quod poteſtate eſt paſſibile eſt ⁊ non innatum compa/
ti: tamen non pati. i. ſm vnam partem pati ⁊ ſm aliam non

pati ſicut dixerunt qui poros indiuiſibilibus corporibus interceptos in corporibus eſſe dixerunt. Hij enim dixerūt ꝙ in poris patitur corpus: ſed non in partibus indiuiſibilibus que interponuntur poris: ſed potius porus eſt corpus paſſibile vbiqꝫ id eſt in omni parte eſt paſſibile inquantum eſt in potentia ⁊ minus vel magis paſſibile inquantum eſt in potentia magis ⁊ minus. Et ſi aliquis dicat potentiam ineſſe magis paſſibilibus: hoc non erit verū niſi vno modo qui eſt ſicut in metallis vene neruales in terra vel in lapide ſunt extenſe que paſſiue ſunt a proprio actiuo quod agit ad formā vel ad ſpeciē metalli in vena illa ⁊ non in lapide vel in terra circunſtantibus qꝛ non niſi in vena illa inuenit ſuū propriuꝫ paſſiuum: ſed tunc vena vel foramen nō eſt cauſa paſſionis ſed potius diſpoſitio materie que a tali actiuo paſſibilis eſt ⁊ non ab alio. Id aūt qꝺ totum eſt continuuꝫ non eſt paſſibile a ſeipſo: qꝛ nō eſt ratio quare vna pars eius agat ⁊ alia patiatur: qꝛ partes cōtinui ſunt homogenee. Similiter autem que non appropinquāt ſibi in ſe vel in alijs nō agunt ⁊ pati-
Tex.c.78. untur in ſe adinuicē: ⁊ dico ꝙ propinquare ſibi in alijs quādo primum agens ⁊ vltimum patiens non ſunt imediata ſed eſt quoddam in medio qꝺ agit ⁊ patitur: ſicut quando ignis calefacit corpus noſtrū: tunc enim aer patitur ab igne ⁊ agit in corpus noſtrum: ⁊ ſic eſt innatum facere ⁊ pati.

¶ Cap. xi[m]. Qꝫ nullum corpus tum ſit diuiſibile tum indiuiſibile: ⁊ tamen paſſibile: ⁊ tum impaſſibile ſm diuerſas partes eius.

Tex.c.79. Quod autem quidam exiſtimant aliquam rem aliquando pati qꝺ in principio diximus: hic enim determinandū ⁊ oſtendendum: quoniaꝫ eſt falſum: ſi enim concederent ꝙ corpus vel magnitudo non vbiqꝫ eſſet diuiſibilis ſicut illi dixerunt ꝙ diuidit̄ in poros ⁊ non diuidit̄ in corporibus indiuiſibilibus que poris interponuntur: tunc eſſet verum ꝙ corpus non vbiqꝫ in omni parte ſua eſt paſſibile: ideo etiam ſi eſſet verū ꝙ nihil eſſet ꝯtinuum: qꝛ continuum lꝫ continue ad indiuiſibile non tamen eſt ex indiuiſibilibus. Si aūt eſt mendacium hoc qꝺ dicūt ſicut ſupra oſtēdimus: ⁊ omne corpus diuiſibile: tunc nihil differt dicere ꝙ diuidatur vel ꝙ ſit diuiſibile vel ꝙ tangat vel ꝙ ſit tangibile: lꝫ enim in poros tunc diuidatur: tamen eſt diuiſibilis in partibus que poris interponunt̄: qꝛ ille non ſunt indiuiſibiles ⁊ ſimiliter eſt tangibile in illis: ⁊ ita ſm totum eſt diuiſibile ⁊ tangibile ⁊ paſſibile. Si enim corpus poteſt ſegregari ſm ſuperficies in quibus eſt tactus vt inquiunt quidam Platonici: ſi nōdū eſt diuiſum eſt tamen diuiſibile ⁊ poſito in eſſe nō accidit ipoſſibile. Simil̄r etiā ſi diuiſibile ſit in partes poſita diuiſione in actu nihil ſequit̄ impoſſibile.

¶ Cap. xx[m]. Qꝫ actio ⁊ paſſio non fiunt per poros sciſſis corporibus.

Quod autē vniuerſal̄r paſſio hoc modo fiat in rebus que quidam dicunt ꝙ generant̄ ſciſſis ſiue ſeparatis corporibus per poros eſt inconueniens. Deſtruit enim hic modus alterationem in qua tamen ſaluatur actio ⁊ paſſio.
Tex.c.80. ¶ Uidemus enim ꝙ idem corpus continuuꝫ manens: quandoqꝫ quidem eſt humidum liquidum ⁊ quādoqꝫ coagulatur ſicut glacies ⁊ aqua fluida ⁊ patit̄ hec aqua ſine diuiſione ⁊ ſine compoſitione ⁊ ſine conuerſione ſuaruꝫ partium ⁊ abſqꝫ tactu diuerſo in ordine cōponentium partium: qꝛ eodem modo remanent ſaluate in continuo: ſicut Democritus dixit fieri alterationē ex diuerſo ordine athomorum: non enim ipſum continuum traductum in alteratione nec tranſpoſitum diuerſo ſitu partium in toto nec trāſmiſſum per liquefactionem quando ex humido fluido ſit coagulatum: ⁊ ideo alteratio fieri poteſt eodem modo in materie partibus manente cōtinuo. Si autem dicit aliquis ꝙ lꝫ partes continui non tranſponantur vt diuidat̄: tamen indiuiſibilia ex quibus ſit continuum mutantur in tali alteratione quando ſit coagulatum ex humido: qꝛ tunc amittit indiuiſibilia liquida fluida ⁊ acquirit indiuiſibilia dura ⁊ coagulata: hoc patet eſſe falſum. Indiuiſibilibus enim tumor indiuiſibilium corpoꝝ non vere inſunt dura ⁊ coagulata qꝛ taliū paſſionū indiuiſibilia non ſunt ſuſceptiua vt diximus ſed totum ſm vnuꝫ modū manens in partibus ⁊ ſitu partiū in toto quandoqꝫ eſt humidum ⁊ quandoqꝫ coagulatum ⁊ durum: ergo ſi diuiſione poroꝝ eſt alteratio ⁊ ſi diuidat̄ res ⁊ tranſponantur partes non manet ꝯtinuum vnum: ⁊ ideo tunc non eſt alteratum ſed corruptum. ¶ Et ideo hic mo- Tex.c.81.
dus deſtruit etiam augmentationē ⁊ diminutionē: qꝛ ſi partes actiui intrant poros paſſiui: tunc id in qꝺ intrat non erit maius ſm vnāquāqꝫ partem que fuit vna ꝯditio augmenti ſed tm̄ erit appoſitio ſibi facta in poris ⁊ id qꝺ intrat non tranſmutat totum: qꝛ partes inter poros inter ſe cauſantes eodem modo manent quo prius ⁊ etiam non erit tranſmutans ſm ſe: qꝛ id qꝺ augetur non cōuertit ad ſe qꝺ intrauit in ipſum: ſed tm̄ pori eius ſunt pleni illo corpore qꝺ intrauit: dictum eſt ergo quid eſt generare ⁊ facere ⁊ pati ſm veritatem: ⁊ quomodo quidam inquiunt ꝙ contingit ⁊ non eſt verum ꝙ ita contingat vt dicunt. ¶ Relinquitur autem videre de mixtione ſm eundem modum artis: qꝛ mixtio tertiuꝫ erat eoꝝ que ſunt que ſupra propoſuimus pertractanda ante generationem elementorum.

¶ Tractatus ſextus de mixtione.

¶ Cap. p[m]. De intentione tractatus: ⁊ de ratione eoꝝ qui dixerunt non eſſe mixtionem.

Scrutanduꝫ eſt quid ſit Tex.c.82.
Mixtio ⁊ qd eſt miſcibile: ⁊ hoc eſt querere qua rōne quodlibet de numero entiū exiſtit: ſcꝺo que contingunt miſceri. In tertio queremus quomodo eſt mixtio. Amplius ante hec omnia queremus vtruꝫ eſt mixtio ⁊ an mendacium eſt mixtionem fieri per materiam: dicunt enim quidam ꝙ non eſt impoſſibile. Quedam alijs miſceri vtentes hac ratione: quia cum conueniunt ea que miſceri debent aut manent ſicut prius in forma ⁊ ſpecie: aut non manent eodem modo in forma ⁊ ſpecie ante ⁊ poſt: ſed corrumpuntur vel ambo vel alterum eorum: ſi manent eodem modo in forma ⁊ ſpecie ante ⁊ poſt: tunc magis ſunt mixta poſtꝙ coniuncta ſunt ꝙ fuerunt ante commixtionem. Si ambo vel alterum non manet ſed corrumpitur: tunc eſt generatio ⁊ non mixtio: que enim nullatenus ſunt entia ⁊ manentia non ſunt mixta ſed corrupta.

¶ Cap. z[m]. Que ſit differentia mixtionis ad alios motus: qꝛ ab hoc dependet ſolutio prius habite dubitationis.

Anteꝙ ſoluamus hanc dubitationeꝫ dicemus Tex.c.83.
ꝙ per ea per que probant iſti ſuam intētioneꝫ: videt̄ ꝙ iſte ſermo eoꝝ querit quomodo mixtio differt a gn̄atione ⁊ corruptione: ⁊ in quo differt miſcibile a gn̄abili ⁊ corruptibili. Manifeſtū eſt eni ꝙ ſi eſt mixtio: tūc opꝫ eā differre a gn̄atione ⁊ corruptione ⁊ alijs mutationibus que ſunt ad formas. ſ. ab augmentatione: ⁊ quādo iſta differētia erit manifeſta tūc ſoluet̄ queſtio. Eſt aūt differentia mixtionis ad gn̄ationē qꝛ mā ⁊ forma ſunt principia entis gn̄ati: ⁊ mā non dicit̄ miſceri generabili: ſed potius effici in actu per formaꝫ ipſius: ſed materiā in qua generat̄ ignis: nō dicimus miſceri igni vel forme ipſi⁹: nec dicimus miſceri ligna cū exardet qꝛ nullo modo manet ligna: nec dicimus materiā ignis miſceri particulis ignis vel ipſi igni ſicut dicimus ꝙ vnū miſcibile miſcet̄ particulis alterius miſcibilis ⁊ ipſi miſcibili ſibi coniuncto: ſed dicimus materiā ignis. ſ. ligna vel aliud corrūpi ⁊ ipſum ignem gn̄ari: ergo mixtio nec corruptio eſt nec gn̄atio: ſm eūdē modū aūt nō dicimus cibū miſceri corpori: qꝛ cibus trāſit in corpus qꝺ manet ſm formam: ſed neutruꝫ miſcibilium ita manet ad modū corpus cibatum. ſ. indiuiſum ſpecie nullo modo alteratuꝫ: ⁊ ſic patet ꝙ mixtio differt a nutrimēto ⁊ augmēto: differt etiā ab alteratione: ſi eni nos ꝯſideremus in artificialibus cera nō miſcet̄ figure ſigilli nec figura miſcet̄ quātitati ſiue tumori qꝛ vtrūqꝫ indiuiſuꝫ manet indiuiſuꝫ ⁊ a ſpecie nullo mō alteratū: ⁊ ſi ꝯſideremus in naturalibus cuꝫ non dicimus ꝙ albedo miſceat̄ corpori qꝺ eſt album: qꝛ paſſiones ⁊ habitus formaꝝ accidentaliū nullatenus poſſibile eſt mixtas eſſe reb⁹ in qbus ſūt ſicut in ſubiectis: qꝛ non diuidunt̄ nec plurimū pticulare accidētiū pōt eſſe cū plurimo pticulari ſubiecti nec in vnū alterat actiue alterꝫ nec paſſiuū vtrūqꝫ ab vtroqꝫ ſi videntur ambo ſaluata.

Similiter ſi conſideremus accidentia inter ſe vnum nō mi/
ſcetur alteri: quia ſi miſceretur tunc ea que maxime diſtant
maxime miſcerentur: quia mixtio eſt contrariorum: maxi/
me autem diſtant accidens corporale ⁊ accidens ſpirituale:
⁊ tamen non miſcentur quia diſciplina ⁊ album non dicitur
miſceri nec aliquod aliud accidens eo ꝙ non ſeparat̄ a ſub/
iecto: quia omnia miſcibilia primo ſunt ſeparata ⁊ poſt mix
tionem ſeparari poſſunt: ⁊ ideo non bene dixerunt quidam
qui dixerunt ꝙ omnia ſcilicet ſubſtantia ⁊ accidētia aliquā/
do ſimul fuerunt mixta: quia non omnis res omni rei miſci
bilis eſt: ſed oportet ꝙ vnum miſcibilium ſeparabile ſit ab
alio: paſſionum autem ⁊ vniuerſaliter accidentium nullum
eſt ſeparabile.

¶Cap. 3m. De ſolone prime dubitationis. ſ. an eſt mixtio.

Tex.c.84. His autem prelibatis ſoluemus queſtionem di
centem: quoniam entium hec quidem ſunt po
tentia hec quidem actu: vnde mixta poſtq̄
mixta ſunt contingit aliqualiter eſſe ⁊ aliqua/
liter non eſſe in mixtura ipſa: ſm actum enim
animal ab omnibus mixtis ſiue miſcibilibus
generatur ſiue ſit ab ipſis: ſed ipſum eſt potentia alteru/
trum eorum ſi duo ſunt ſiue quodlibet eorum ſi plura con/
ueniunt ad mixturam que quidem fuerant anteq̄ miſce/
rentur alteratis ipſis ſm qualitatem partitis ipſis ſiue ipſis
diuiſis in quantitate: ita ꝙ plurimum vnius ſit cum pluri/
mo alterius: hoc enim qualiter in mixto manerent miſci/
bilia que ſunt ſupra habitus ſermo qui videbatur probare
non eſſe mixtionem. Nos enim videmus ꝙ ea que miſcen/
tur conueniunt ex prius ſeparatis ⁊ poſtq̄ conueniunt rur/
ſus aliquando ſeparabuntur: quia leuia aſcendunt aliquan
do ⁊ grauia deſcendunt: vt in celo ⁊ mundo determinatum
eſt: non ergo manent mixta inalterata ⁊ non diuiſa ſicut cor
pus ⁊ album nec alterum nec ambo corrumpūtur omni mo
do ſicut in generatione ⁊ corruptione. Saluatur enim vir/
tus eorum: ⁊ ideo que ad hanc queſtionem pertinent nō re/
linquantur.

¶Cap. 4m. Et eſt digreſſio determinās qd mouet ad mix/
tionem: ⁊ ꝙ mixtio eſt naturalis.

Attendendū hic ꝙ dubitatio iſta eſt ſuper duo
fundata. ſ. qualiter veniant ad mixtionem ele
menta: ⁊ qualiter manent in mixto: ⁊ de primo
ſcias ꝙ ſm dicta philoſophoꝝ primū mouens
elementa ad mixtionem eſt immiſcibile: ⁊ hoc
eſt totum mundum mouentia ⁊ ordinātia quē
admodum docet Ariſto. Spera enim ſolis in qua fons ca/
loris eſt nata mouere ignem: ⁊ ſpera lune nata eſt mouere
aquam per qd̄ mare ingreditur ⁊ egreditur ad quātitatem
⁊ etatem lune. Spere autem quinque planetarum. ſ. Satur
ni Iouis Martis Veneris ⁊ Mercurij mouent ſperā ae/
ris: vnde motus aeris moti ſunt diuerſi ſicut diuerſus eſt
valde motus dictorum planetarum: ⁊ eſt in aere frigus con
gelatiuum ex ſpera Saturni: ⁊ eſtus eſt ſpera Martis: ⁊ tē
peries in frigido ex ſpera Veneris: ⁊ cōmiſcibilitas ⁊ paſſi
bilitas facilis ex ſpera Mercurij. Spera autem ſtellarum
multarum que eſt octaua in qua ſunt multe imagines ⁊ figu
re mouent terram: vnde etiam in ipſa figurantur imagines
multe in generatis: lꝫ ergo leuia nō deſcendant ex ſe nec gra
uia aſcendant ex ſe: tamen ex motoribus vniuerſalibus mo
uentibus ⁊ ordinantibus mundum aliquando deſcendunt
leuia per quendam modum ⁊ aſcendunt grauia per moduꝫ
alium quem infra dicemus: huius autem exemplum cōue/
niens eſt in qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis corporis anima
ti. Non enim in homine vel alio animato ſemper mouetur
ſm naturam calidum per naturam ⁊ motum ignis: nec agit
actum ignis omnino: ſed potius mouetur ad id ad qd̄ diri/
gitur ab anima ⁊ agit ad terminum ⁊ finem iniunctum. Ali
quando ſicut dicit Ariſt. contra Empedo. in ſecūdo de ani/
2° de aīa.41 ⁊.42. ma. ¶Cum igitur motus celi ſicut motus ſapiētis ſit ſicut
dicit Meſſalach in libro de ſpera mota: ⁊ cum ad motū ce/
li reducatur omnis motus qui ſit in elementis ⁊ elementa/
8° phy.cō.15. ⁊.46. tis: ſicut dicit Auerrois ſupra octauo phyſicorum. Ideo di/
ctum eſt ab Ariſto. ꝙ opus nature eſt opus intelligentie: ⁊
hoc dictum ſit mouente in genere primo corporum: q2 mo/
uens ante hoc eſt motor orbis qui planes ⁊ applanes voca/
tur ab Ariſto. in vndecimo prime philoſophie. ſ. diurnum ⁊
erraticum: ſi autem queratur de motore coniuncto dicit ꝙ
calor ſolis ſicut dicit Ariſt. in libro metheororuꝫ: mouet ter
ram ⁊ aquam ⁊ eleuat inde duos vapores: quoniam quan/
tum dat terre de natura aeris cum facit ipſam vaporoſam
tantum dat ei de motu ⁊ loco aeris ⁊ terre ſic vaporaliter
accepte naturale eſt ad aerem aſcendere ⁊ ibi cum aere mi/
ſcetur ⁊ in ea ſunt quedam partes ignite ex calore ſolis ⁊ ſi/
militer de aqua vaporali. Similiter autem aer frigido ſpiſ
ſatus tendit ad terram nec hoc eſt contra naturam aeris ſic
accepti. Et ſic patet qualr̄ in medio loco regionis ſunt par/
tes ignee ⁊ aeree ⁊ aquee ⁊ terree ⁊ mouentur ad ſe inuiceꝫ
deſcendendo ⁊ aſcendendo. Sunt etiam quedam partes
ignis in vaporibus pluuialibus ⁊ in rore deſcēdētibus quas
vapores accipiūt in regione aeris calefacta que dicit̄ eſtus:
ſicut patet a ſubcadente ⁊ in omnibus alijs vaporibus: hu/
ius autem ſignum eſt ꝙ aque pluuiales ſunt vaporoſe cali/ Aque pluuiales ſūt calide
de ſtiptice: ⁊ ſic iterum cum pluuia ⁊ rore ⁊ alijs deſcendunt vaporoſe ⁊ ſti
partes ignite ad locum mixtionis. Ex his patet ꝙ ad mix/ ptice.
tionem non mouet violentia ſed natura: ⁊ ideo mixtio eſt
naturalis.

¶Cap. 5m. Et eſt digreſſio declarans qualiter elemēta ma/
nent in mixto.

De ſecūdo autem queſito. ſ. qualiter mixtibilia
ſunt in mixto attēde ꝙ ſicut dicit Auic. duplex
eſt eſſe elementorum. ſ. primum ⁊ ſcd̄m: primū
autem eſt eſſe quod habent in operatione qua
litatum ſuarum que ſunt proprie ipſis ⁊ fluunt
ab eſſentijs ipſorum que ſunt calor frigus hu/
miditas ⁊ ſiccitas. Dicendum ergo ꝙ quo ad eſſe ſcd̄m nō
manent elementa omnino: primum autem eſſe dupliciter di
citur liberum ⁊ integrum vt ita dicam ⁊ ligatum ⁊ partitū:
liberum autem ⁊ integrum voco quando ignis vel aliud ele
mentum accipitur per ſe ſicut ſunt elementa in ſuis ſperis ⁊
locis naturalibus. Ligatum autem voco quando non eſt
ab alio alteratum ⁊ aliud alterans ⁊ diuiſum in ipſum ⁊ ecō
uerſo: ita ꝙ plurimum vnius ſit cum plurimo alterius: ⁊ ſic
manent elementa in mixto quo ad eſſe primum. Et ideo di
cit Ariſt. ꝙ virtute manent virtute inq̄ que fluunt a tali eſ/
ſentia elementi quam habet in mixto.

¶Cap. 6m. Et eſt digreſſio ex dictis declarans differentiaꝫ
mixtionis ab alijs motibus.

Et ex hoc vlterius pꝫ differētia gn̄atiōis ⁊ mix
tionis: q2 in gn̄atione ɔtrariū agit ad ſuū con/
trariū deſtruēdū: ita ꝙ corruptū ɔtrariū nullo
modo ſaluat̄ nec pmanet in mā corrupti: nec p
manet in mā gn̄ati: ſed in mixtis ɔriū non agit
ad deſtructionē oīmodā ɔrij ſed alterat ipſuꝫ:
ita ꝙ partim ſaluat̄ in mā alterati: ⁊ partim in mā alterātis.
verbi gratia: calidum in mixto alterat frigidū ⁊ alterat̄ ab
ipſo: ⁊ ideo frigidi pars eſt in mā calidi inquantū eā alterat
⁊ partim in ꝓpria ⁊ ecōuerſo eſt de frigido: ⁊ ideo quodlibꝫ
alterat aliud. ¶Et ſi tu queras vtrū tāta eſt caliditas mixti
quāta eſt ſimplicis: dico ꝙ ſi tu queris de quātitate eſſentie
calidi: nihil ꝓhiberet tantā eſſe: ſed eſt diffuſa partim in mā
ꝓpria: ⁊ partim in alia. ¶Si tu queris de actiuitate cōſtat An ſit tāta ca
ꝙ nō eſt tanta in ipſo mixto ſicut in ſimplici cuꝫ caliditas ſit liditas mixti
remiſſa frigido alterante. Et ſimiliter eſt de alijs qualita/ ⁊ ſimplicis.
tibus: ⁊ hoc ɔcordat ſermonibus Galeni ⁊ Auic. dicētiuꝫ: vide pro hoc
q2 nihil ꝓhibet equalem eſſe caliditatem in eſſentia in ſicco 3° celi cō.67.
⁊ humido: ſicut in iuuene ⁊ puero: lꝫ ſit in pueris minus acu ⁊ 8° meta.cō.
ta propter humorem: vnde patet ꝙ elemēti ſimplicis ⁊ mix/ 5° in fine cō/
ti eſſentia ſit vna ſm eſſe differt: ⁊ qualitas eſt vna ſed dif/ mēti.3.
fert in acuitate ⁊ actione. Ex hoc etiam patet quare mixta
ſeparabilia ſint ſed nō redeunt neceſſario ſeparata ⁊ omnia
dicta ⁊ dicenda ex his erunt magis facilia.

¶Cap. 7m. De modo mixtionis ſm opinionē antiquorum. Tex.c.85.

Redeamus ad propoſitum continuam poſt di/
cta tractantes queſtioneꝫ. ſ. quomodo eſt mix/
tio vtrum. ſ. ſit ſm quantitatē ſolū vt quidā di/
xerūt: aut ſm qualitatem ⁊ quātitatem ſicut ve
ritas ſe habet. Eſt autem dupliciter ſm quoſ/
dam antiquoꝝ ſm quantitatem ſolum. ſ. in cō/
paratione ad ſenſum noſtruꝫ vel ſm naturam: dixerūt enim
quidam

quidam mixtionem eſſe diuiſionem quantitatis miſcibiliū tm̄ vel ſm noſtrum ſenſum non eſſet perceptibile que pars a qua parte diſcerneretur preter hoc ꝙ partes vnius miſcibilis alterarentur a partibus miſcibilis alterius: ſed remanet que pars diſtincta ſm ſe ⁊ ſm operationem. ¶ Alij dixerunt ꝙ quodlibet miſcibile diuiditur in minima nō quo ad noſtrum ſenſum tm̄: ſed quo ad naturaȝ miſcibilis. ſ. ꝙ nō ſit accipere minus qđ ſeruet naturam ⁊ operationem miſcibilis: quia ſicut dictum eſt ſupra phyſicum corpus in eo qđ eſt phyſicum non diuiditur in infinita. ¶ Conueniunt tamen ambe iſte opiniones in hoc dicunt mixtione tm̄ eſſe ſm quātitatem diuiſibileȝ in minima quo ad nos vel ſimpliciter diuiſorum vel compoſitorum corporum adinuicem vt minime partes vnius ſint iuxta minimas alterius. Queramus ergo vtrum nec ad ſenſum ſit mixtio: quando enim ea que miſcentur diuiduntur in ita parua ⁊ ponūtur adinuicē hoc modo: vt ſenſui non ſit manifeſtuȝ diſtinguere inter partes vnius ⁊ partem alterius: tunc mixta ſunt ſm quoſdā. Queramus ergo vtrum hoc verum ſit an nō ſit ſic: ſed mixtio eſt vt dicunt alij quando in minima ſimpliciter diuiſo corpore quelibet pars eius eſt ſecus quācunqȝ partē alterius. ¶ Dicitur enim ſic a quibuſdam: verbi gratia in natura minima ſunt grana ſeminum: ſicut ſi diceremus ordeum mixtum cū frumento lȝ illa ſenſu ſint diſcernibilia: tamen ſunt minima ſui generis in corpore phyſico ⁊ ad ſimilitudinem iſtoruȝ dicunt mixtionem elementorum quando in minima ſimpliciter diuiſo elemento quelibet pars vnius eſt iuxta quālibet partem alterius. ¶ Eſt autem cōmunis obiectio ꝯtra iſtas opiniones: quia cum omne corpus ſit diuiſibile ſi corpus corpori eſt miſcibile demonſtratione mixture eſt ꝙ quelibet pˢ permixta ſit omiomera: hoc eſt vnius rōnis cuȝ toto mixto ⁊ ꝙ ſit quelibet pars hoc eſt cuiuſlibet mixti pˢ iuxta quālibet partem mixti alterius. Quoniam autem mixtio non eſt idem ꝙ corporis in minima diuiſio manifeſtuȝ eſt: quia ea in que diuiditur corpus alterū nec ſunt omiomera illis: nec etiam compoſitio partium eſt idem ꝙ mixtio alterius: quia vt dictum eſt partes cōpoſiti non ſunt omiomere vnū mixtio eſt aliud q̄ȝ compoſitio: manifeſtum eſt ergo ꝙ mixtio non eſt diuiſio ſm parua ſaluata ſm eſſe ⁊ eſſentiaȝ: ſed oportet eſſe alterata abinuicem: talis enim coniunctio diuerſorum compoſitio erit: ſed non confuſio ſiue commixtio: quia non habebit eandem rationem cum toto pars nec pars cū parte: qđ tamen dicimus oportere fieri ſi aliquid eſt mixtum. ſ. ꝙ partes ſint omiomere toti ⁊ adinuicem: quia ſicut quelibet pars aque eſt aqua: ita quelibet pars confuſi ſiue commixti eſt ipſum confuſum ſiue mixtum: vt patet in carne et oſſe mixtis: quia quelibet pars carnis ē caro: ⁊ quelibet pˢ oſſis eſt os. Si autem mixtio eſſet idem ꝙ compoſitio ſm parua in eſſe ⁊ eſſentia ſaluata nihil horuȝ contingeret. Eſt etiam propria ratio contra illos qui dicunt mixtionem eſſe ſm minima compoſitionē quo ad ſenſum noſtrum: quia ſi hoc eſſet verum vnum ⁊ idem eſſet mixtuȝ ei qui non videt acute: ⁊ alteri eſſet non mixtum qui acute videt: ⁊ etiam lyn ceos oculos habere dicitur: quia ferē lynx animal acute videre: eſt enim ratio propria contra illos alios qui dicūt idē eſſe mixtionem: qđ ſm minima ſimpliciter diuiſorum compoſitionem quia tali diuiſione non ſit mixtio: quia in minima ſimpliciter impoſſibile eſt diuidi corpus ita ꝙ in eis ſtet diuiſio. Si autem minima eſſent phyſica ſicut dicit Democritus: tunc eſſet congregatio ⁊ non mixtio: aut ergo mixtio non erit cum hi duo modi ſtare non poſſunt: aut rurſus dicendum eſt a nobis quomodo contingat generari ſiue fieri mixtionem.

Tex. cō. 86.

¶ Cap. 8m. De modo mixtionis ſm veritatem: ⁊ que ſint facile miſcibilia.

Tex. cō. 87.

PRenotandū itaqȝ (vt ſepe diximus) ꝙ entiuȝ quedam ſunt actiua: quedam autem ab his paſſiua: hec ergo conuertuntur adinuicem et paſſiua adinuicem: quia vnumquodqȝ illoruȝ conuertit ⁊ alterat reliquum vt diximus: ita. ſ. vt in mixto quorum eadeȝ eſt materia quo ad potentiam ⁊ formam ⁊ actiua ſunt adinuicem ⁊ paſſiua adinuicem quia vnumquodqȝ illorum conuertit ⁊ alterat reliquum vt diximus: ita. ſ. vt in mixto contrarietas vniuſcuiuſqȝ ſaluetur partim in ſe ⁊ partim in altero: quorum autē non eſt materia vna quo ad rationem potentie hec faciunt ⁊ manent impaſſibilia quemadmodum ſupra eſt determinatum: ⁊ illorum non eſt mixtio adinuicem: ⁊ ideo ars medicine facit ſanitatem ⁊ non miſcetur ei: ⁊ etiaȝ que non habent aliquam materiam ex qua ſunt: ſed tm̄ materia in qua ſunt non miſcentur ſicut paſſiones ⁊ habitus ⁊ cetera accidētia non miſcentur: ⁊ ideo ſanitas non eſt mixta corporibus ſanis: quia optime miſcibilia ſunt quecunqȝ actiuoꝝ ⁊ paſſiuorum habentium materiam ex qua ſint vnam facile ſunt diuiſibilia per inuicem: ita vt vnum facile penetret per alterum: ſed tamen multa taliuȝ compoſita paucis ⁊ magna cōpoſita ex paruis non faciunt mixtionem proprie dictam ſed faciunt augmentationem dicentes: quia paruum ⁊ paucum qđ deficit a virtute alterandi magnuȝ ⁊ multuȝ corrumpuntur: ⁊ ſic tranſit in naturam dominātis. Ideo gutta vini mille millibus amphoris aqua infuſa non miſcetur: quia ſpecies ⁊ forma vini ſoluitur ⁊ corrumpitur: ⁊ gutta vini nihil alterans aquam tranſit in totam aquam. ¶ Quando auteȝ potentie miſcibiliuȝ adequantur equaliter tunc vnūquodqȝ miſcibilium equaliter dominatur ⁊ vnumquodqȝ ad alterum tanq̄ȝ ad dominans ſm aliquem modum tranſmutatur ⁊ vnumquodqȝ ⁊ ſui ipſius natura ſm quid tranſmutatur: nec tamen aliquid generatur q̄ȝ eſſentia ⁊ virtus miſcibilium mouens lȝ ſm eſſe varietur: ſed ſit inde medium cōmune qđ participat virtutes ⁊ eſſentias omnium miſcibilium ⁊ coniunctorum ⁊ efficitur ipſoruȝ locus vnus per actuȝ medij vnum ſicut patet in carne que eſt ex elementis ⁊ media ſm qualitates elementales: quia aliter non ſentiret excellentias: ⁊ eſt in actu medij: quia nec ignis nec aer nec aq̄ nec terra ⁊ eſt ipſius locus vnus.

Tex. cō. 88.

Tex. cō. 89.

¶ Cap. 9m. Et eſt digreſſio determinans qualiter virtutes contrarioruȝ equantur in mixto.

ATtendenduȝ hic quomodo auctores precipui dicunt eſſe equatas equaliter potentias miſcibilium in mixtura: hoc eniȝ videtur ſtare non poſſe cum eoruȝ que equatas equaliter habēt potentias tanta ſit virtus reſiſtendi quanta et agendi: ⁊ ita quoniaȝ habent equatas equaliter potentias nec agent in ſe inuicem nec patientur in ſe inuicem. ¶ Adhuc autem obijciunt contra hec Auicen. ⁊ abbreuiator eius Algazel ꝙ ſm hoc mixtū equaliter habet de omnibus elementis quis ergo erit motus illius mixti ⁊ aut quis locus: quilibet enim motus ſm triplum erit ſibi tā violentus q̄ȝ naturalis: ⁊ ſimiliter eſt de loco. Sequeretur etiaȝ ex hoc ꝙ omnis mixtio omnium mixtorum eſſet vna commixtio: ſicut eniȝ mixtio carnis eſt ex omnibus equatis eq̄liter ita etiam ⁊ mixtio oſſis: ⁊ ſic ex ſimilibus ex qualitate ⁊ quantitate ſunt os ⁊ caro qđ abſurduȝ eſt. ¶ Unde intelligēda ſunt premiſſa ſic ꝙ ſit dupliciter equalitas ſcilicet rei ſm qualitatem ⁊ virtutis ſimilitudinē in intentione ⁊ equalitas proportionis ad quoddam alterum: rei autem equalitas ſm dicta auctorum phyſicorum in nullo poteſt eſſe commixta: proportionis autem equalitas eſt ad alterum qđ eſt generatuȝ conſtituere in ſpecie ⁊ forma: quia omnis mixtio naturalis propter generationem eſt ⁊ ad generationem ordinata: ⁊ tunc equalitas ꝓportionis eſt qđ trāſit ibi de quolibet quantum ſufficit ad illius rei propter quā mixtio eſt generationem: vocatur autem a phīs prima equalitas arithmetica que eſt equaliuȝ in quantitate: ſecunda v̇o vocatur equalitas ſm medietatem geometricam que eſt ſimiliuȝ in qualitate ⁊ equalium in quantitate: hec enim agunt ⁊ patiuntur adinuicem: ita ꝙ de qualibet qualitate in altero eſt quantum ſufficit alterationi que eſt ordinata ad formā ſpeciei carnis vel oſſis vel hominis vel equi vel huiuſmodi talium. Si autem aliquis dicat ꝙ ſit aliquid commixtū equaliter: ⁊ ideo equaliter ſentiat excellētias ſicut caro hominis ipſe dicit falſum: quia Ariſto. dicit ꝙ abundat terra in carne ⁊ aqua: ⁊ ideo etiam illa equalitas non eſt ſimpliciter ſed ad formam hominis ordinata: ſed verum eſt ꝙ corpus hominis magis accedit ad equalitatem celi per receſſum ab actu excellentie contrariorum: ⁊ ideo melius inter animalia ſentit ſm tactum ⁊ prudens eſt ſolum inter animalia: ſed de hoc ſermo habebitur alibi.

Eq̄litas duplex.

A medicis aūt pma eq̄litas appellat̄ ponderalis: ſcd̄a iuſtitialis.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶ Cap. 10m. Ex quibus eſt mixtio ⁊ que bene ⁊ que male miſcibilia ſunt.

Tex. cō. 89. REdeamus autem ad propoſitum determinantes ex quibus eſt mixtio. Manifeſtum eſt ergo ex dictis quoniam ſunt hec miſcibilia ſola que cunqꝫ de numero facientium ſiue agentium habent contrarietatem: quia hec ſunt adinuicem paſſiua: ⁊ hoc eſt primum qđ requiritur in miſcibilibus. ¶ Secundum autem eſt qđ facit ad facilitatem mixtionis ꝙ ſint parua: quia paruis parua facilius commiſcentur magis: eo ꝙ facilius ⁊ citius tranſeunt per ſe inuicem: multum enim a multo tardius hoc operatur: quia nō vndiqꝫ ſibi cito poteſt coniungi. ¶ Et tertium eſt ꝙ ſint bene determinabilia adinuicem quando diuiduntur ⁊ ſint abinuicem paſſiua: quia bene terminabilia faciliter diuiduntur abinuicem in parua: ego autem voco bene terminabile bene diuiſibile in parua: verbi gratia hūida humidis optime ſunt miſcibilia inter omnia corpora: ⁊ ideo ſiunt lubrica ſiue viſcoſa quia illorum partes vt in quarto metheoroꝝ dicitur coniacent ſicut catene propter immixtum eis ſubtiliter ſiccum qđ apprehendit vndiqꝫ humiduꝫ ⁊ non ſinit elabi ſicut eſt in elemento qđ aque admiſcetur: quia lubrica ſimul iuncta vel lubricum humido compoſitum auget quantitatem ſiue tumorem: ſed non miſcetur ei ſic ꝙ quelibet ps eius alteret quālibet humidi ⁊ alteretur ab ea ad mediam

Tex. cō. 90. naturam mixti: peſſime autem miſcibilia ſunt ea quorum alterum ſolum vehementer paſſiuum eſt ab altero preter qđ agat in ipſum: vel non tantum agat quantum patitur: ⁊ alterum econuerſo eſt tm̄ actiuum: tunc enim ex his non eſt mixtum vel parum miſcetur ſicut contingit in plumbo vel ſtagno qđ liquidum alijs metallis infunditur: qđ infuſum eſt auro ⁊ argento que bone commixtionis ſunt vehementer actiua cum ipſum econtra ſit male mixtionis ⁊ vehemēter paſſiuum euaporat ⁊ effumat totum: ita ꝙ nec coloris in auro nec ſubſtantiam relinquit: infuſum autem eri qđ minus eſt actiuum: ⁊ minus bene commixtum effumat: ita ꝙ non relinquit niſi colorem ⁊ forte parum ſubſtantie que influit poris cupri ⁊ ſimile eſt de mixtura vel cōmixtione oris hominum alloquentes balbutiendo qui vna littera prolata aliam diſtincte non ſonant: ſed vnam ſonant ⁊ ab alia incipiunt quaſi modum ſonandi: quia ancipites. i. ante capientes ſonum ſunt litterarum: ⁊ ideo non ſonant vnaꝫ ⁊ aliam: ſi vnam ſonant aliam tangunt: ita ꝙ potius eſt modus ſonandi primam q̄ꝫ diſtincte proferatur. Et ſimiliter contingit in dictis miſcibilibus: quia vnum eſt quaſi ſuſceptibile qđ eſt vehementer actiuum ⁊ alterum quaſi ſpecies: vel mouens eius: ſtagnum enim remanet ſicut paſſio aliqua ſine materia in re propria: quia plane euaneſcit materia ⁊ recedit a mixto cum miſcetur colorans ipſum ſolum: ideo auteꝫ hec contingunt in alijs ſimilibus.

¶ Cap. 11m. Et eſt epilogus dictorum declarans quid eſt mixtio.

HAbitis autem tribus queſtionibus ſupra tactis epilogando. Soluamus quartam que prima fuit in enuntiatione que etiam liquido ſoluitur ⁊ intelligitur ex dictis. Manifeſtum eſt enim ex his que dicta ſunt ꝙ mixtio eſt ⁊ quid eſt ⁊ quare eſt: quia propter generationeꝫ ⁊ finem: ⁊ propter diuiſionem ⁊ actionem ⁊ paſſionem contrariorum vt propter cauſam efficientem. Manifeſtuꝫ eſt etiam que ſunt miſcibilia: quoniam ſunt illa que quaſi abinuicem ſunt paſſibilia ⁊ bene determinabilia et bene diuiſibilia quia illa neceſſarium eſt eſſe incorporata in mixtione: nec tamen adhuc eadem ſunt ſimpliciter que prius que etiam alterum eſt. Manifeſtum etiam eſt ꝙ compoſitio minimorum non alteratorum non eſt mixtio: ⁊ ꝙ mixtio non eſt ad ſenſum ſed miſcibile eſt quodcunqꝫ bene determinabile ens paſſiuum eſt ⁊ actiuum adinuicem: ⁊ in tali miſcibili id quod miſcetur ad omiomerum eſt miſcibile. Mixtio autem ipſa eſt miſcibilium alteratorum vnio in vnum actuꝫ mixti qui nullius eſt miſcibilium ſeparatim acceptorum.

¶ Explicit Liber Primus de Generatione ⁊ Corruptione.

¶ Incipit Liber Secundus de generatione ⁊ corruptione elementorum.

¶ Tractatus Primus de principio materiali ⁊ formali ⁊ numero elementorum.

¶ Cap. pm. Que ſit intentio Libri.

Tex. c. 67. ¶ Queramus ergo in illis cũ videamus generalr̃ cũ poſterius eſt gñatũ: qđ neceſſe prius gñatũ eſſe vtrũ ſic ſit ecõuerſo: ſi gñato priori neceſſe ſit gñari poſterius: verbi gratia: q2 nos videmus ꝙ ſi domus eſt gñata neceſſe eſt ⁊ fundamẽtũ eſſe generatũ. Queramus ergo vtrũ cõuertat ꝙ ſi fundamẽtũ eſt gñatũ: ꝙ etiã domus eſt gñata vel nõ ꝯuertat. Dicamus aũt ſoluẽtes iſtã queſtionẽ ꝙ qñ termini gñationis ⁊ gñati ſe habẽt adinuicẽ ita ꝙ vtrũq; ſit mã gñationis ad alterũ. Ita ꝙ vtrũq; trãſmutat ad aliud ſicut eſt in exẽplis terre cũ puluere ⁊ vaporis ⁊ nubis ⁊ pluuie: ⁊ ſimilr̃ in gñatione elemẽtorũ ſub circulo decliui differẽter moto: tũc neceſſe eſt equalr̃ gñato priori gñari poſterius ⁊ ecõuerſo: q2 in talibus gñatio circulũ aſſequit ⁊ vnũquodq; cã eſt ad vnũquodq;. Qñ aũt termini gñationũ nõ ſic ſe habẽt adinuicẽ ſed eſt inter ea tumor de priori ⁊ poſteriori preter hoc ꝙ vnũ ſit tota mã ad alterũ: lꝫ ſit forte pars nature eius: tũc nõ ꝯuertitur a priori gñato poſterius gñari ⁊ ecõuerſo neceſſario q2 in talibus poſterius a priori nõ gñat per ſe ſed p accidens ſicut eſt in fundamẽto ⁊ domo: fundamentum enim nõ tota domus eſt nec per ſe mã eius: q2 ſi eſſet per ſe mã eius: tũc domus tota in potentia eſſet in fundamento: ⁊ tũc vno motore ſine additione adduceret de fundamento ad actũ qđ eſt falſum: ⁊ ideo etiã nõ ꝯuertit gñatio: q2 cũ dicitur ſi domus eſt fundamentũ eſt: nõ eſt hec neceſſitas abſoluta: q2 tũc oporteret ꝙ ex domo ſicut ex materia gñaret fundamẽtũ: ſed eſt neceſſitas ſuppoſitionis que cauſat ex ordine qui eſt inter totũ integrale ⁊ ſuam partẽ: q2 totum poſitũ ponit partẽ: ⁊ nõ econuerſo: ſi enim eſſet neceſſitas abſoluta cauſata per gñationẽ tunc oporteret ꝙ vtrũq; eſſet materia ad alterũ: ⁊ tũc ſeque-

rek etiã ecõuerſo: ꝙ ſi fundamentũ eſt etiaꝫ domus eſt: quia ſicut primũ ſe habuit ad ſcõm ⁊ ecõuerſo in gñatione que cõuertitur de neceſſitate ſicut prius diximus. Cũ enim poſterius neceſſe eſt gñari a primo neceſſitate abſoluta: tũc etiam neceſſe gñari prius a poſteriori ⁊ ecõuerſo: ſi prius generak neceſſario a poſteriori etiã eadẽ neceſſitate generak poſterius a priori: quia in talibus vtrũqꝫ eſt poſterius ad alterum ⁊ viciſſitudinem generationis eorum adinuicem affert eis continue generans accedendo ⁊ remeando. Cum auteꝫ dicebatur ꝙ domo generata neceſſe eſt eſſe fundamentũ: fuit quidem neceſſitas ſed non ꝓpter id ꝙ domus ſit cauſa generationis fundamenti: ſed fuit neceſſitas ſubiectionis ſiue ſuppoſitionis ex hypotheſi: qꝛ poſito toto neceſſe fuit ſupponi partem: ꝯuertunk ergo in omnibus in quibus poſterius gñak a priori: ſicut ex cauſa materiali tota mouente quodam alio ꝯtinue accedente ⁊ recedente: qꝛ in talibus ſemꝑ priori generato generatur poſterius ⁊ econuerſo.

¶ Cap. 10m. Q: non poſſit generatio continua eſſe in infinitũ ẜm rectum.

Tex.c.68. Si vo dicat ꝙ generatio non eſt infinita ẜm circulũ: ſed ẜm rectũ eo ꝙ ſunt infinita intermedia ꝓbabimus ꝙ ĩfinita ſit generatio hoc modo ſiue inferiora ad ſuperiora ſiue ſuꝑiora ad generata preterita qȯ non ꝯtingit qȯ ꝑdictuꝫ eſt. ſ. ꝙ ex priori generato neceſſe ſit generari poſterius: dico ꝙ non ꝯtingit ſiue ſumak neceſſariuꝫ ſimplr ſiue neceſſariuꝫ ex ſuppoſitione. Quocũqꝫ aũt modo ſumatur neceſſarium ſemper oportet aliquid ante eſſe qȯ primũ ꝓpter qȯ alia neceſſe ſit gñari ſed in infinito nullum eſt primum: cum ergo illius reſpectu dicak eſſe prius ⁊ poſterius nullũ erit prius nec poſterius ꝓpter qȯ ſit neceſſe alia generari: ergo in infinitis non poteſt eſſe cõtinua generatio: ſed adhuc etiã in finẽ habentibus non eſt veꝝ dicere ꝙ ipſa ſimpliciter neceſſe ſit generari ẜm rectũ: verbi gratia: ꝙ neceſſe ſit ſimpliciter generari domũ qñ fundamentũ eſt generatũ neceſſe eſſet generari domũ: ⁊ hoc ꝯcederetur tũc neceſſe eſſet ꝙ eſſet ſemꝑ generatũ qȯ nõ eſſet ſemper generatũ: qꝛ nos videmus: qꝛ nõ ſemꝑ ꝯtingit generari domũ generato fundamẽto: ſed ſi eſt generatio ex neceſſitate abſoluta: tunc oportet generationẽ eſſe: qꝛ ſemper aliquid eſſe ex neceſſitate ⁊ aliquid eſſe ſemper ꝯuertunk ⁊ ſunt ſimul: qꝛ qȯ neceſſe eſt eſſe poſſibile eſt nõ eẽ quocirca ex neceſſitate ens eſt ſemper eternũ ⁊ ecõuerſo: ſi aliquid eſt ſempiternũ ⁊ ipſuꝫ eſt ex neceſſitate: ⁊ ſi ex neceſſitate ipſum eſt ſempiternũ. Si ergo alicuius generatio eſt ſimplr ex neceſſitate non põt hoc eſſe ẜm rectum: ſed neceſſe eſt circuire ⁊ reiterare in idem vnde generatio incipit ⁊ hoc planũ eſt ex hoc qꝛ alteꝝ duoꝝ neceſſarium eſt. ſ. ꝙ aut finem habeat generatio aut non habeat finẽ: ꝯſtat aũt ꝙ non habeat finem generatio: ergo non erit recta qꝛ omne rectum finitum in termino ſui eſt: ergo neceſſe eſt generationẽ circuire omne: ſi aũt hoc tũc erit generatio ſempiterna ⁊ in circuitu ⁊ nõ in rectum: qꝛ ſi ſempiterna: tũc nõ põt eſſe in rectũ: qꝛ ſempiterna nequaꝙ̃ habent principiũ nec ſi inferius vt ad futura accipiamus nec ſi ad ſuperius vt ad generata accipiamus: cũ aũt nec principiũ habeat generatio nec ſit finita neceſſe eſt eam eſſe ſempiternaꝫ: ⁊ qꝛ ſempiterna eſt neceſſe eſt eam eſſe in circuitu adeo neceſſe eſt eſſe generatũ ab hoc: ergo neceſſarium eſt generatum eſſe qȯ prius fuit illo vnde fuit principiũ gñationis iſtius: ⁊ ſi hoc eſt neceſſariũ generatuꝫ eſſe neceſſario fuiſſe: ergo neceſſariũ eſt etiam prius illo generatũ eſſe qȯ eſt tertiũ: ⁊ hoc etiã hoc modo ponit ſibi quartũ ſi quatuor ſint alioquin reuertik in ipſum ⁊ ſic ſit ꝯtinue: qꝛ nihil differt dicere ꝙ reuerſio fiat per vnũ mediũ vel per duo vel per plura dũmodo ab vltimo redeat in primum: neceſſariũ ergo ſimplr quo vnuꝫ neceſſario generak ex altero eſt in motu ⁊ generatione que eſt in circuitu: ⁊ ſi aliqua neceſſe eſt in circuitu gñari: neceſſe eſt illa ſimplr gñata eſſe ⁊ alia generank ꝯtingenter ⁊ ecõuerſo: ſi aliqua neceſſe eſt ſimplr generata eſſe iſta neceſſe eſt in circuitu gñari: hec autem cauſa poſita rõnabiliter poſita eſt perpetue gñationis elementoꝝ: qꝛ talis generatio nobis ad ſenſum apparuit eſſe in circuitu.

¶ Cap. 11m. De probatione generationis perpetue que eſt in circuitu ẜm cauſam que eſt motus celi.

Si aũt volumus hoc demonſtrare per cauſam dicemus ꝙ motus celi eſt in circuitu: ⁊ ideo elementa adinuicem ex neceſſitate generãtur. Si eniꝫ motus celi eſt in circuitu: oportet quecunqꝫ huius motus ſunt paſſiones ⁊ quecũqꝫ ſunt per hunc ſolum ſicut per cauſam efficientem ꝙ etiam iſta ſunt ex neceſſitate: ſi eni qȯ in circuitu mouetur ſemper mouet elementa: neceſſe eſt etiaꝫ ꝙ motus horum que ſunt paſſiones eius ⁊ ꝙ motus eoꝝ que ſufficiẽter cauſank ab hoc etiam ſint ex neceſſitate: ſicut verbi gratia: cum allatio ſuperioris hoc eſt circuli declinis ſit in circuitu: neceſſe eſt ꝙ ſol moueatur in circuitu ⁊ aliȷ̃ planete: qꝛ autẽ ſol mouetur in circuitu neceſſe eſt ꝙ omnia que ſicut cauſe ⁊ efficienter ſunt a motu ſolis ⁊ motu horarum ſint etiaꝫ generata ex neceſſitate in circuitu: ⁊ hec inter omnia temporalia ⁊ maxime generatio elementoꝝ: quia ex illorum generatione omnia alia generantur. Tex.c.69.

¶ Cap. 12m. Quare ẜm predicta quedã reiterank ⁊ q̃dã non.

Sed tũc oritur nobis queſtio ex predictis quare ita eſſe videtur vt dictum eſt: verbi gratia: ꝙ aqua ⁊ aer ⁊ circuli in circuitu generantur: ⁊ ſiquidem nubes erit oportet etiam pluere: ⁊ ſi pluet oportet nubem eſſe cum ſol continue veniẽs extrahat vapores eleuatos in quibus nõ eſt ſic qꝛ homines ⁊ animalia non reiterantur in ſeipſos vt rurſus generek idem qȯ preterijt ex poſteriori generato: qꝛ non eſt neceſſe ſi pater tuus generatus eſt te generari: lꝫ ecõuerſo ſit neceſſarium ꝙ ſi tu generatus es ꝙ etiam pater tuus generatus ſit. ¶ Solutio autẽ huius queſtionis eſt qꝛ in talibus eſt generatio ẜm rectum ⁊ non ẜm circulum: qꝛ ſicut ſupra diximus vtrũqꝫ terminoꝝ non eſt materia ad alteruꝫ vt vno motore diuerſimode ſe habente educatur vtrũqꝫ de vtroqꝫ. In his generatio nõ eſt circularis ſicut in te ⁊ patre tuo: quia pater tuus non eſt tota materia ad tui generationeꝫ: ſed materia tui deciditur de ipſo: ⁊ ideo in eo eſt motor decidẽs hoc eſt formans id vnde tu generaris ⁊ nõ ecõuerſo: qꝛ nihil eſt in aliquo ſicut potentia ⁊ materia niſi ꝙ totuꝫ eſt in illo ⁊ vno motore educitur de ipſo ſicut in nono prime philoſophie eſt manifeſtum: ⁊ ideo vnumquodqꝫ elemẽtoꝝ eſt in alio ſicut in potẽtia: qꝛ vnũquodqꝫ educik ab altero. Tex.c.70.

¶ Cap. 13m. Que reiterãtur eodẽ numero ⁊ que nõ ⁊ quare.

Principium aũt rurſus intẽtionis nature querendum eſt vtrum omnia ẜm vnum moduꝫ ⁊ ſimiliter reiterentur numero eadem: hec autẽ reiterantur eadem ſpecie. Ex quo eniꝫ omniũ ẜm naturam continua eſt generatio: videtur ꝙ omnia eadem ẜm naturam debeant reiterari. ¶ Eſt aũt huius queſtionis ſolutio qȯ conſideranduꝫ eſt in iteratis: qꝛ quorum ſubſtantia reiteratur incorruptibilis manens ẜm formam ⁊ ſpeciem in toto motu illa reiterãtur eadem numero ſicut ſol reiteratur in obliquo circulo qꝛ motus ſequitur id quod mouetur qꝛ non eſt motus niſi exiſtentis in actu ſicut dictum eſt in 6° phyſicoꝝ: quorum autẽ ſubſtãtia in mutatione nõ eſt incorruptibilis per ſpẽm ⁊ formã: ſed potius corruptibilis hoc neceſſe eſt ſpecie eadẽ reiterari ⁊ non numero: ideo aqua eſt ex aere ⁊ econuerſo aer ex aqua ſpecie eadem ⁊ non numero: ſed tamen cum aer tota ſit materia aque ⁊ econuerſo aqua aeris magis reiterata accedunt ad identitateꝫ numero ꝙ̃ animalia ⁊ homines reiterati: quia ſi de cibo generetur bos ⁊ non de toto cibo: ⁊ ſi de boue generetur ⁊ de fimo terra: ⁊ de terra cibus qui eſt pabulum bouis: ⁊ de pabulo bouis iterum bos de nullo iſtorum generatur toto ſed de parte: ⁊ ideo minus accedunt ad identitatem in numero ꝙ̃ faciant elementa in circulari generatione elementorum: vnde ſi conceditur ꝙ elementa aliquo modo reiterentur eadem numero: nõ tamen ꝓpter hoc conceditur ꝙ reiterentur eadem numero quorum ſubſtantia penitus totalis eſt corruptibilis qualem contingit non eſſe eandem in generato ⁊ ex quo generatur. Hec autem de generatione elementorum dicta ſufficiant. Sed elementorum accidentia ad naturam pertinentia in 3° ⁊ 4° de celo ⁊ mundo dicta ſunt.

¶ Explicit Liber Secundus de generatione ⁊ corruptione.

¶ Liber metauroꝝ Alberti magni Incipit.
¶ Tractatus primus de cauſis impreſſionū omnium materiali ⁊ efficiente.

¶ Cap. pᵐ. De diuiſione habitorum ⁊ habendorum in tota ſcientia naturali: ⁊ de nomine libri.

N ſciētia naturali corpꝰ mobile eſt ſubiectum: vt dictuȝ eſt multotiens. In natura autem duplex eſt mobile corpꝰ. ſ. ſimplex ⁊ mixtum. Et ideo ſcientia nālis tres habet partes in genere. Quia quedā eius pars eſt de corpore mobili ſimplici. Quedā autem de ſimplici qđ eſt acceptū ſm viam ⁊ motum ad cōmixtionem. Quedam autem de mobili cōmixto ſicut minerali vel vegetabili. ¶ Uel aliter. Illa aūt pars que eſt de mobili ſimplici eſt duplex ſm duplicem modū ſimplicis corporis mobilis. Simplex enim vt dixit Ariſt. in primo de gñatione ⁊ corruptione: ⁊ nos diximus idem in primo de generatione ⁊ corruptione: capitulo. 19. dicit dupłr. Eſt enim idē qđ vniuerſale ⁊ etiā idē qđ ſubſtātia ſimpłr. Unde vna pars ſcientie nālis eſt de mobili corpore ſimplici: hoc eſt vniuerſali prout abſtrahit ab omni corpore ſignato in nā: que eſt ſciētia libri phyſicoꝝ. Et alia pars eius eſt de mobili qđ eſt corpus ſimplex: ſiue moueat ſm ſitū tm̄: ſiue moueat ad formā. Que aūt eſt de mobili ſimplici corpore duplex eſt. Quia eſt motus ſm ſitū nihil varians in eo qđ moueť. Et eſt motꝰ ad formā qui variat aliud in mobili. Mobile ergo ſimplex quo ad potentiā ad ſitū ⁊ locū qui nihil variat in eo qđ mouetur determinať in libro de celo ⁊ mūdo. Mobile aūt ſimplex quo ad potētiā ⁊ formā que variat eſſentiā in ſubſtantia vel eſſe in accidētibus determinatū eſt in libro de gñatione ⁊ corruptione: que eſt prima pars nālis phie. Mobile autē ſimplex prout eſt in via ad cōmixtionē determinať in iſto libro quē habemus pre manibus qui dicit liber metauroꝝ: qui continet ſecūdā partē nālis phie. ¶ Mobile aūt huiuſmodi ꝯſiderať dupłr. ſ. ex parte vie cōmixtionis que eſt ſm ꝙ vnū elemētū moueť in regione alterius per hoc qđ alterať ad ipſuȝ per vaporē vel inſpiſſationē: vel ꝯſiderať ex parte ipſius cōmixtionis que fit per actiuā qualitatē vnā vel plures vel per paſſiuas. Et mobile quidē ſimplex primo modo ꝯſideratuȝ determinať in primis tribus libris metauroꝝ. Mobile aūt ſimplex ſm modū cōmixtiōis facte per actiuas vel paſſiuas qualitates determinať in libro 4° huius ſciētie. Deinceps aūt in alijs libris determinatur de mobili mixto ꝯtracto ad ſpeciē mineralē vel vegetabilē vel animaleȝ ſicut patebit in ſequētibus quando tertia pars nālis phie determinabitur.

Cap. j. in phō ¶ Poſtq̄ ergo preceſſit noſtra ꝯſideratio in libro phyſicoꝝ de rebus nālibus que ſūt prime ⁊ pricipia corporis mobilis inquātū eſt mobile in vniuerſali abſtrahēs ab omni corpore ſignato ⁊ ſm ſpēm accepto. Et poſtq̄ enim ꝯſiderationē fecimus in 2° de celo ⁊ mūdo: ⁊ de ſtellis: ⁊ de motu ſuo: ⁊ cauſalitate ordinante mūdum inferiorē eo ꝙ mouēt elemēta ad generationem ⁊ corruptionē ſicut diximus 2° de gñatione ⁊ corruptiōe. Et poſtq̄ in pmo de celo ⁊ mūdo oſtēdimus: cuius diſpoſitiōis ſit corpus vltimū ſupra nos eo ꝙ ipſuȝ claudit ⁊ ꝯtinet oīa: ⁊ dixīmꝰ ibidē diſpoſitionē elemēti nobilis: qđ eſt celū: qđ lȝ in cōpoſitionē nō veniat corporis huius vel illius: tamē eſt pcipuū cōplēs vniuerſuȝ. Et poſtq̄ nos in 3° celi ⁊ mūdi ⁊ 4°. in 2° de gñatione ⁊ corruptione enūtiauerimus quātitatē diſcretā elemētoꝝ corporeoꝝ ⁊ alterationes elemētoꝝ adinuicē ſm cauſam mālē ⁊ efficiētē: poſtq̄ etiam dixīmꝰ in vniuerſali mutatiōes que ſūt gñatio ⁊ corruptio. In primo de gñatione ⁊ corruptione viſum eſt nobis ꝙ ſm ꝯſequētiā ſciētie nālis de corpore mobili ſimplici vt habituȝ eſt. Remāſit nobis tractatus de rebus accidentibus in alto que ſunt ꝓpinque locis ſtellaꝝ: ⁊ demōſtrare debemus eas per cauſam que ſunt ſicut galaxia: ⁊ ſtelle que dicunť cometes eo ꝙ comā habēt: ⁊ aſſub: ⁊ anareli arabice qđ eſt ignis expulſus ſiue deſcēdēs: ⁊ hoc quidē faciemus in primo libro huius ſcie. In ſcđo aūt determinabimus ea que videnť fieri in aere que ſunt res gñate ex mutatiōe eius ex eo. ſ. ꝙ ipſe eſt alicubi calidus ⁊ alicubi frigidus: ⁊ fiūt impreſſiones ex vapore aſcēdēte in aerē ex vapore aque ⁊ terre. In tertio quodē libro huius ſciētie determinabimus ea que fiūt ex vaporibus ꝯtētis in aqua ⁊ terra: que ſūt ſicut terremotus ⁊ vēti: ⁊ que illis ſūt ſimilia. Cū aūt narrauerimus de illis aſſignādo cauſaȝ iſtoꝝ: tūc dicemus modū cōmixtionis corporuȝ: ⁊ tūc in alijs libris particularibus de nā dicemus mineralia: ⁊ nās aīaliū ⁊ plantaꝝ in vniuerſali ⁊ particulari ⁊ ſermonē faciemus cōmunē: q2 de idiuiduo particulari. i. de hoc ⁊ illo ſciētia de eis haberi nō pōt. Cū enim hec fecerimus tūc ꝑueniemus ad hoc qđ intendimus in ſcia nāli: ⁊ ꝑueniemus ad vltimū narrationis noſtre in rebus phyſicis. Dicit aūt hic liber metheoroꝝ qđ eſt grecum nomē: ⁊ cōpoſitū a meta qđ eſt trans ⁊ theorum qđ eſt ꝯtemplatio quaſi ꝯtemplatio eoꝝ que ſunt trans. i. in alto gñata: q2 de illis principałr hic intendiť. Uel a meta qđ eſt de: ⁊ theorim qđ eſt videre: q2 eſt de his que viſu accipiunť in aere gñata ſicť galaxia ⁊ iris ⁊ huiuſmodi. Et hoc eſt ꝓbabilius ꝙ meta greca prepoſitio ideȝ eſt frequenter ꝙ de: ſicut metamorphoſeos qđ eſt ideȝ qđ defectus. Dicūt autē quidaȝ ꝙ metheora idē ſit qđ de ipreſſionibꝰ: qđ nullo mō eſt veꝝ: q2 hoc nomen nimis eēt cōe: q2 ipreſſiones ſuperioꝝ corpoꝝ in omnibus ſunt corporibus ⁊ ſimplicibus ⁊ compoſitis. Interpretatio nois libri huius.



¶ Cap. 2ᵐ. De efficiente ⁊ materiali generatoꝝ in alto.

Incipiamus enim nūc de cauſis impreſſionum efficiētibus ⁊ mālibus ipreſſionū dico que in alto gñanť tāgēdo primā cauſaȝ efficiētē: dicēdo ꝙ in corporibus celeſtibus rotūdis que mouēntur circulariter nō eſt diuerſitas que fit ex mutatione in ſuba: neq3 mutatio que fit ex motu in eſſe accidētali: eo ꝙ ipſa nō ſunt in potētia ad formā: ſed ad vbi tm̄. Reliqua vo corpora ſimplicia ſunt q̄tuor numero: q2 principia eoꝝ que ſūt q̄litates prime ⁊ capita ſiue eſſentialia initia eoꝝ que ſūt q̄tuor vtiles ꝯiugationes ſūt q̄tuor tm̄: ſicut diximus in 2° de gñatione ⁊ corruptione. Tex. c. 16. ¶ Hec aūt q̄tuor ſimplicia corpora habēt duos motus locales. ſ. motuȝ a medio in ſurſum: ⁊ motū qui eſt a ſurſum ad mediū. Corpoꝝ aūt leuiū eſt motus a medio ad ſurſuȝ: ⁊ corpoꝝ grauiū eſt motus a ſurſum ad mediū ſiue deorſum. Et iſta qđē corpora q̄tuor ſunt: ignis aer aqua ⁊ terra. Aqua aūt ⁊ aer duo elemēta: reliqua vo ꝯtinua ſunt cū iſtis duobus elementis. Et ſunt media iter ea. Aer ergo ꝯtinuus eſt cū igne: ⁊ aqua ꝯtinua eſt cū terra: ⁊ vtriq3 medioꝝ ꝯtinuū eſt cū altero: attamē ꝯtinuatio aeris cū igne: maior eſt ꝯtinuatione eius cū aqua: ⁊ ꝯtinuatio aque cū terra maior eſt q̄ ꝯtinuatio ignis cū aere. ¶ Sic ergo colligiť corpus celeſte eſſe cauſam gñatoꝝ in alto: ⁊ loco ignis ⁊ aeris eſſe locum gñationis eoꝝ: ⁊ enaporatio aque ⁊ terre eſt proxima cauſa materialis eoꝝ: terra autem ⁊ aqua ſunt cauſa mālis eoruȝ remota: qđ qualiter ſit conſequentia demonſtrabunt.

¶ Cap. 3ᵐ. Et eſt digreſſio ſcire faciēs qualr vnū elemētum ꝯtinuum eſt alteri: ⁊ qualr vnum magis cōtinuum eſt alicui q̄ aliud alteri.

Aduertendū aūt eſt qualr dicať elemētum cōtinuari cū elemēto. ¶ Sciendū ergo ꝙ ſicut diximus in 2° de gñatione ⁊ corruptione: ꝯtiguum per nām diuiſum eſt ex primo: per potētiā cōtinuo. Eſt aūt mā elemētaris in primis q̄litatibus mālibus diuiſa per rarū ⁊ denſuȝ in duo. ſ. Opio ꝓpria.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

in elemētum ſpirituale ⁊ coꝛpoꝛale: ⁊ quo ad hoc aer magis ꝯtinuat̃ cū igne q̃ȝ cū aqua: qꝛ ex pꝛoximo ꝯtinuo diuidit̃ per formā aeris ⁊ ignis: ignis ⁊ aer ex vno ꝯtinuo in potentia: ⁊ ideo illa ꝯtinua ſunt per nãȝ: nō aūt ex pꝛoximo cōmuni erit aer cū aqua per diuiſionē ꝯtinui illius: hec eſt ergo cauſa dicti iſtius: ꝯtinuū alr̃ ꝯtiguū aūt ſicut ⁊ in de gñatione potentie pro ꝯtinuo qd̕ cū eo cui ꝯtiguat̃ ab vno potētialr̃ ꝯtinuo imediata exiuit diuiſione foꝛma ſpecificatiua diuidēte: ⁊ ſm eundē modū intelligēdū eſt qd̕ dictū eſt: aquā cū terra plus habere ꝯtinuitatis q̃ȝ ignē cū aere: qꝛ plus ꝯueniūt in denſo groſſo aqua ⁊ terra q̃ȝ ignis ⁊ aer ꝯueniāt in raro ſpirituali: ⁊ ideo aer habet plus de motu grauis q̃ȝ aqua: hoc aūt de motu leuis: qꝛ aqua ⁊ aer ⁊ terra ſe ꝯtingūt in parte terre habitabili ⁊ nō habitabili: que nō eſt cooperta aquis qd̕ nō faceret aer ſi plus cū igne q̃ȝ aqua cū terra ꝯueniret ⁊ hāc credo eſſe cauſam dicti huius: ⁊ in de gñatione vbiqȝ ſimile dicit.

Opio alioꝝ.

¶ Dicūt tamē aliqui ꝙ hoc intelligit̃ de modo gñationis impꝛeſſionū illaꝝ de quibus intelligit̃ in hac ſcīa: qꝛ enī ignis ⁊ aer ꝯueniūt in hoc ꝙ neutrū eſt mā̃ vapoꝝ: ⁊ aqua ⁊ terra ſūt mā̃ vapoꝝ: ideo aer dicit̃ ꝯtinuari igni: ⁊ aqua terre: qꝛ vtrūqȝ eſt mā̃ vapoꝝ: aer aūt plus dicit̃ cōtinuari igni q̃ȝ aque: qꝛ ꝯuenit cū igne in non eſſe mā̃m vapoꝛum: ſed nō ꝯuenit cū aqua. Continuatio aūt aque cū terra maioꝛ dicit̃ q̃ȝ aeris cū igne: qꝛ tam terra q̃ȝ aqua in duobus ꝯueniūt. ſ. in eſſe materiā vapoꝝ: ⁊ eſſe locū eoꝝ. Sed aer nō ꝯuenit cū igne niſi in vno. ſ. in eſſe locū vapoꝝ in altū eleuatoꝝ quoꝛundam: ⁊ lȝ iſtud verum ſit: tamen non puto ꝙ ſit cauſa dicti: ſed potius pꝛimum ⁊c̃.

¶ Cap. 4m. Quia motꝰ iferioꝝ eſt cauſatus a motu ſupioꝝ.

REdeamus ergo ad pꝛopoſitū ⁊ dicamus ꝙ cum ſint coꝛpoꝛa ſuperioꝛa circularia iuariabilia vt dictū eſt: ⁊ ſint etiā coꝛpoꝛa ſimplicia variabilia que ſunt quatuoꝛ elemēta: opȝ ꝙ motus rerum que oꝛdinant̃ a nā que ſunt in terra ſicut plante ⁊ gñatio lapidū: ⁊ gñatio aīaliū: ⁊ mineraꝝ metallicaꝝ ⁊ que ſunt ſimilia dictis: ſit factus ⁊ cauſatus ex motu coꝛpoꝝ ſuperioꝝ in oībus ſimilibus alterationibus nālibus ⁊ ſuis mutationibus: ⁊ ſit etiā factus ⁊ cauſatus ab his que faciūt mutationes per ipſum coꝛpus celeſte: qꝛ mutationē in inferioꝛibus coꝛpoꝛibus duo faciūt. Vnū eſt mouens pꝛimū ſicut coꝛpus celeſte. Et alteꝝ eſt mouēs ꝓximuȝ ſicut qualitates pꝛime ꝯtinētes in ſe virtutes celeſtes: eo ꝙ mouent̃ a coꝛpoꝛibus celeſtibus: ⁊ hec ſunt que faciūt mutationes per coꝛpoꝛa celeſtia.

Mutatio in inferioꝛibꝰ ex duobus cauſatur.

Sed queſtio eſt: qꝛ ſi motus ſupioꝛ eſt cauſa motus inferioꝛis per nām: ſi ille motus eſt oꝛdinatus etiā hic iferioꝛ debet eſſe oꝛdinatus: ⁊ eādē nām ſequi: qꝛ variatio in rebus ſequit̃ ex motu circuli obliqui: item cōtinuū eſt cauſa nō ꝯtinui: ⁊ coꝛpus irregulati motus indiget aliquo dirigēte ⁊ regulāte: nec effectus ſimiles cauſis oībus q̃ȝuis ꝯueniāt ſibi quidā. ¶ Dico aūt ꝙ motus ſuperioꝛum oīum reꝝ coꝛpoꝛaliū eſt motus pꝛimus qui eſt motus mobilis pꝛimi celeſtis.

Nō pulchras rōnes doctoris ꝑ quas ꝓbat̃ motꝰ iferioꝝ ad motū ſupioꝝ debere reduci. Z.

¶ Propterea qꝛ ſicut in 8° phyſicoꝝ determinatū eſt ipſe eſt ſempiternus ſm nām: ⁊ imutabilis eo ꝙ ipſe eſt eodē modo in velocitate ⁊ tarditate ſm nãȝ: neqȝ eſt coꝛruptibilis: neqȝ eſt ſimilis alicui motuū inferioꝝ rectoꝝ mutabiliū: eo ꝙ ſint diſſimiles ſibi in velocitate: qꝛ motus nālis rectus eſt intēſioꝛ in fine ſuo: q̃ȝ in pꝛincipio: ⁊ motus eoꝝ eſt coꝛruptibilis eo ꝙ finit̃ ad locuȝ in quo quieſcit res nāliter: ⁊ qꝛ ſi ſic ſe habēt motus ſuperioꝝ ⁊ inferioꝝ: neceſſe eſt vt dicamus ꝙ motus inferioꝝ finibiliū que apparent ſicut motus elementoꝝ ꝓueniāt ex motu ſupioꝝ ſicut ex ſua cauſa. Quia ſi ſuperioꝛ motus ꝯſideret̃ ſm obliquitatē circuli declinis: ipſe eſt frequēter accedēs ⁊ recedēs. Et ſi ꝯſideret̃ ſm circulū tm̄ ipſe eſt ꝯtinuus. Si vō ꝯſideret̃ ſm materiā eius qd̕ mouet̃ ipſe eſt incoꝛruptibilis. Frequēter aūt ⁊ ꝯtinuū ⁊ incoꝛruptibile cauſa eſt eius qd̕ ſit frequēter non ꝯtinue: ⁊ qd̕ eſt coꝛruptibile. ¶ Amplius aūt coꝛpus indeterminati motus ⁊ irregularis indiget aliquo dirigēte ⁊ regulāte: qd̕ qdē etiā ſit determinati motus ⁊ regularis: qꝛ aliter iret̃ in infinitū niſi aliqd̕ coꝛpus regulare eſſet certi motus ⁊ regularis: cuȝ ergo inferioꝛa indeterminati ⁊ irregularis motus ſint: ⁊ ſuperioꝛa certū habēt motū ⁊ regularē: inferioꝛa ſm ſuū motū cauſant̃ a motu ſuperioꝝ. ¶ Amplius autē oē qd̕ mouet̃ mouet̃ aliqñ: ⁊ aliqñ nō: ſm nām ſuam ſm motū ſuū cauſat̃ ab eo qd̕ ſemp mouet̃: ſed ꝯſtat inferioꝛa moueri aliqñ ⁊ aliqñ nō. Superioꝛa aūt ſemp moueri: ergo iferioꝛa a ſupioꝛibus ſemp mouerent̃. ¶ Adhuc aūt motus nālis elemētoꝝ facit ſeparari abinuicē elemēta cū leue aſcendat ⁊ graue deſcēdat. Diſtātib aūt elemētis nō fit cōmixtio eoꝝ per motū vnius in regione alterius: cū ergo ſit commixtio ⁊ motus eoꝝ in regiōes ſuas adinuicē opoꝛteret ad hoc aliqd̕ ꝯſtitui mouens ꝙ id qd̕ mouet motū rectū qui eſt elemēti nālis mouēs: ergo adhuc opȝ ꝙ ſit: ⁊ ſic ꝯſtat ꝓpoſitū. ſ. ꝙ totus motus inferioꝛ a motu ſuperioꝝ depēdet ſicut effectus a ſua cauſa.

In Pho ibi reſumētes igitur eas que a ꝓncipio poſitiones.

¶ Querit̃ ergo cū hoc eſt manifeſtum: tūc queramus cauſam eoꝝ que generant̃ in alto ſicut eſt galaxia ⁊ cometes ⁊ aſſub ⁊ anareli ⁊ ſimilia. Dico ergo ꝙ quatuoꝛ coꝛpoꝛa ignis aer aqua ⁊ terra generant̃ ⁊ coꝛrūpunt̃ ⁊ alterant̃ adinuicē: ⁊ vnūquodqȝ ipſoꝝ eſt ad formā alterius in potētia: ⁊ ideo quedā illoꝝ alterant̃ aliqñ ad altera: ⁊ ideo cū aqua ſit liquida: ⁊ ideo facile vapoꝛabilis ⁊ ſeparabilis a loco ſuo: qꝛ qñ vapoꝛat quātū recipit de nā aeris: tātū etiam recipit de loco aeris: ⁊ tātū ſeparat̃ a loco ſuo nāli. Aque enī nō ineſt nā qua in ſe aggreget̃ ⁊ terminet̃ cū ſit male in ſe terminabilis.

Pro iſta alexādri poſitione. vide Cōmētatorē 4° celi cō. 32.

¶ Hoc tn̄ ſm Alexandrū aliter exponit̃: qui dicit: ꝙ aqua in ſua ſubā vel loco non aggregat̃ aggregatione ꝯgelationis: qꝛ aque nō accidit ꝯgelari niſi egredienti extra pꝛopꝛiū terminū: ſicut nec igni lucere. ¶ Huius āt cauſa eſt qꝛ quelibet res in ſuo loco ꝯſeruat̃ in foꝛma ſua. Cōgelatio aūt quedā aque mutatio eſt. Congelat̃ aūt duplr̃. ſ. ſolubilr̃ in aere: ⁊ inſolubilr̃ in terra: ⁊ neutro modo in ſua ſpera: qꝛ in aere multiplicat̃ frigus ex circūſtante calido cōpꝛimēte: ⁊ ex hoc pōt pꝛofundari vndiqȝ in nube rara: ⁊ neutrū hoꝝ eſt in ſpera aque: ⁊ ideo etiā cito ꝯgelant̃ cū in terra per multos annos nix induret̃: ꝯgelat̃ aūt in lapide ꝓpterea ꝙ terra cōtinet frigus: ⁊ nō recedit ꝯtinue agens: aqua aūt nō ſic habȝ circūſtans calidū qd̕ frigus cōpꝛimat: ⁊ cum ſit ſpiſſa in loco ſuo nec pōt vndiqȝ ꝓfundari in ipſa. i. cū ſit humida male retinēs nō retinebit intenſuȝ ꝑpetuū frigus indurans in lapides: ⁊ iſtud eſt ſm Alexandrū: vnde ſenſus ꝙ nō ꝯgregat̃ in loco ſuo ꝯgelatiōis modo: nec etiā manēs in ſpecie ſua a terra pōt ſeparari: neqȝ etiā ineſt ei vt in ſua foꝛma manēs ſeparet̃ a terra ꝓpter ꝯuenientiā aque ⁊ terre quā ſupꝛa diximus: determinatio aūt huiꝰ ꝙ a terra nō ſeparet̃ aqua hec eſt: ꝙ maria ſunt iuxta ⁊ circa terrā vndiqȝ: ⁊ aque etiā quieſcūt ſub terra in viſceribus eius: ⁊ natāt ſuper ſupficiē eius. Maria enī ſūt aque groſſo terreo ⁊ cōbuſto admixte ⁊ aque ſub terra ſunt groſſe ꝯuerſe ad terre nām. Natantes āt ſunt ſubtiles dulces ꝓpter admixtū ſibi aereū ⁊ expurgationem terreni pulueris admixti: talē aūt influxū aque in terraȝ nā vniuerſalis oꝛdinat ꝓpterea ꝙ cōmiſceat̃ terre ad gñationē ipꝛeſſionū diuerſaꝝ ⁊ cōmixtionū: ⁊ hoc patebit i ſequētibꝰ.

¶ Cap. 5m. De excluſiōe erroꝛis quoꝛūdā dicētiū iter celuȝ ⁊ terrā nō eſſe niſi vnū elemētū: ⁊ de ſignificatione etheris.

EST aūt nobis neceſſarium vt ſciamus hoc an vnū elemētū ſit mediū inter oꝛbē ſtellaꝝ: ⁊ terrā. An plura vno: ⁊ ſi inter ea ſunt coꝛpoꝛa multa: tūc opȝ ꝙ ſciamus quot ſunt illa numero: ⁊ vbi eſt terminus eoꝝ ⁊ ipſoꝝ finis: ⁊ lȝ hec determinata ſint in celo ⁊ mūdo: ⁊ in 2° de gñatione ⁊ coꝛruptione: tn̄ aliter querimus de ipſis hic ꝓpter errorē eoꝝ qui dixerūt vnū ſolū eſſe terminū ⁊ finē elemētoꝛuȝ in igne ⁊ in celo. Dico ergo qꝛ poſtq̃ȝ pꝛeceſſit ſermo in 3° celi ⁊ mūdi de elemēto: qd̕ imediate eſt ſub oꝛbe qd̕ eſt ignis: tūc in libꝛo iſto nō fuimus ꝯtenti in hoc ꝙ tm̄ diceremus ſermone noſtro veritatē: ſed recitauimus ibi etiā dicta ſapientū qui fuerūt ante nos vt ſciremus qui eſſent illi qui ꝯuenerūt nobiſcū in ſermone. Dixerūt enī quidā ſapientes Phi etherē eſſe idē qd̕ ignē oīno: vnde quidaȝ veteꝝ cui nomen Anaxagoꝛas opinatus eſt: ⁊ etheris ⁊ ignis intētio oīno eſſet vna: ⁊ lȝ ipſe male diceret dicēdo vnū eſſe mediū elementū inter celū ⁊ terrā: tamen in hoc bene opinatus eſt ꝙ dixit etherem ⁊ ignem eſſe idē ꝓpter ſimilitudinē inflāmationis.

Opio Anax.

Diffinitio enī etheris eſt quoddā coꝛpus velocis motus inflāmatus: ⁊ inflāmabile nominat̃ ether: ita ꝙ diuiſim intelligat̃. ſ. ꝙ inflāmās tm̄ ſit ether: ⁊ inflammabile tm̄ ſicut aer ſit ether: ⁊ vniuerſalr̃ inflāmans ⁊ inflāmabile ſit iteꝝ ether. ¶ Et alij quidam etiam dixerūt ⁊ diſtinxerunt ꝙ duplex eſt

ignis.ſ. purus qui eſt ſuperior: ⁊ clarus ⁊ mundus ⁊ ille dicitur ether ⁊ non peruenit ad nos. Eſt aũt alius ignis impurus mixtus cũ vaporib⁹ igneis deſcẽdẽs: ⁊ ille eſt circa nos: ⁊ non vocatur ether: vnde dicunt iſti mũduꝫ plenũ eẽ igne: ſed non plenuꝫ eſt ethere. Si autẽ veꝝ dicerent tunc nõ eẽt aer elemẽtuꝫ vnũ ⁊ tunc mũdus eſſet diminutus: qa nõ haberet omnia corpora que conſtitui poſſunt ex coniugatione primaꝝ qualitatum: ⁊ eſſet imperfectus: qa eſſet ei addibile quartum elemẽtum: qa imperfectuꝫ eſt cui adhuc aliqd addi poteſt ad nature perfectionẽ pertinẽs: neqꝫ eẽt mũdus integer cum aliquid deeſſet integritati eius ⁊c̃.

¶ Cap. 6m. De ſolutione trium queſtionuꝫ que oriuntur ex predicta determinatione.

Quia ergo habitum eſt ꝙ elemẽta inter celuꝫ ⁊ terram ſunt plura vno: tũc oportet nos demonſtrare quare inter celuꝫ ⁊ terrã nõ eſt ignis tm̃: ſed poſt iſta duo elementa: ignis ⁊ aer ſunt ꝓpinqua orbi: ⁊ tangunt cõcauuꝫ orbis lune. Sꝫ hanc queſtionẽ nõ poſſumus ſoluere niſi p̃us queramus que eſt illa natura ꝙ caliditas ei⁹ eſt facere corpora aſcendere: peruenit ad nos de ſubſtellis diuerſimode: qa in quibuſdam locis eſt maior ⁊ vehementior ſicut in ſuperiori aeris regione: ⁊ inferiori vbi eſt habitatio generatoruꝫ ex elemẽtis: ⁊ in qbuſdam locis eſt minor: ⁊ minus vehemens: ſicut in media aeris regione. Adhuc autẽ querimus queſtionẽ: quia cuꝫ nos iaꝫ peruenimus ad hoc ꝙ cõſideramus diuerſas aeris regiões ſm intẽtionem caloris ⁊ remiſſionem: ⁊ tũc erit cõſequẽs dicere per cãm ea que accidũt et generanť in aere: vt dicamus de talib⁹ demõſtratiões ⁊ determinationes ſufficiẽtes que ſunt per cãm vniuſcuiuſqꝫ generatoꝝ in aere. Dico autẽ ꝙ cũ nos videamus ꝙ aqua fit ex aere: ⁊ ecõuerſo: aer ex aqua ſm diſpõnem dei glorioſi ⁊ ſublimis qui dedit circularẽ gñationem elementis: qȯ autẽ accipit formã alicuius accipit etiã ⁊ locuꝫ ⁊ motus eius: videť ꝙ debent diuerſe gñationes eſſe aque addendo quãdo moueť aer: cum aer fit aqua ſicut ſunt diuerſe regiões aeris eleuantes ⁊ ꝯuertentes ⁊ cõſumentes vaporẽ aque eleuatũ. Queramus ergo quare nubes nõ fiunt niſi in media aeris regiõe: ⁊ ſi fiunt in ſupmo aeris vbi eſſent nubes cũ ſua caliditate ⁊ ſua frigiditate: caliditate eleuante: ⁊ frigiditate cõuertente. ¶ Nos aũt has queſtiones ⁊ ſimiles ſoluere volẽtes: dicimus p̃mo ſupponentes hic ſolutionẽ queſtiõis ſcðe eo ꝙ infra tãgemus cãm eius ⁊ ſoluemus queſtionẽ tertiã: qȯ dicendo ꝙ nubes fiãt in aere in locis in qbus abſcindiť virtus luminis radioꝝ ſolis ⁊ ſtellaꝝ: quaꝝ lumen eſt radians in aere ex reflexione ad corpora ſolida que ſunt aqua ⁊ terra. Abſcindiť aũt ⁊ ſeparať a vapore terre ⁊ aque in locis illis: ⁊ ideo non diſgregat eos in illo loco ⁊ illa eſt regio media aeris: ad illã enim non peruenit caliditas que eſt ex vicinitate ignis deſurſum: nec ẽt calor ex reflexione radiorum gñatur deorſum ⁊ ita remanet frigidus: eſt etiã locus inferior calidus ex ipſis vaporibus eleuatis ⁊ exhalatiõib⁹ que calida ſunt ⁊ abundant in inferiori aeris regiõe. Non enim fit aer ſtatiꝫ ex q̃cũqꝫ aqua: ſed fit ex vapore multo qui remanet in aere pp ſuam caliditateꝫ: ⁊ in ſua nãli humiditate qñ eleuať a duob⁹ elr̃tis que ſunt aq̃ ⁊ terra: ⁊ ſilr̃ aqua non fit ſtatim ex aere quocũqꝫ ſed ex aere multi vaporis in media aeris regiõe vbi frigidus eſt: quãdo per frigus vapor ille cõgregatus cõſtare icipit ⁊ multiplicari in multis pluuijs i ſeipſuꝫ reuolutus: tũc eñi inſpiſſať ⁊ fit aq̃ deſcẽdens per pluuiã vel alio mõ: ⁊ ſic pꝫ ꝙ aer vadẽs ad ſpẽm aque nõ ingrediť regionẽ aque niſi fit in aquã penit⁹ cõuerſus: qa anteq̃ꝫ cõuertať hꝫ aliqd de nã aeris: ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ ẽt hẽat aeris locũ. Sꝫ aqua vaporãs formã hꝫ aeris ⁊ caliduꝫ eleuãs. Et ideo eſt neceſſe ꝙ aſcẽdat ad locuꝫ frigidũ aeris. Ex hoc pꝫ ſolutio queſtiõis tertie. ¶ Soluẽdo autẽ qõnem p̃mã: dico iteꝝ ꝙ vincẽs ſup illud de terra vbi eſt gñatio eſt aq̃ ⁊ aer ſine igne: ſi eñi ignis operiret terrã ⁊ vinceret habitationem eo mõ quo duo elemẽta aq̃.ſ. ⁊ aer operiunt eã cõbureret totuꝫ ⁊ exiccaret qȯ eſt in terra illa: aut duo elemẽta que circũdãt terrã que ſunt aq̃ ⁊ aer ꝯtinua ſunt ex humido fluido diuiſa tanq̃ꝫ ex nã cõi: ⁊ qa tale humidũ eſt facile alterabile: ⁊ coꝝ prima materia quo ad hoc eſt vna: ideo vtrũqꝫ iſtorũ elemẽtoꝝ alterať ad alteꝝ: qm̃ aqua quando fit calida alteratur in aerem: ⁊ quãdo partes materie aeris inſpiſſantur ⁊ aggreganť ⁊ infrigidanť tũc fiũt aqua: ⁊ quãdo facilis ſũt cõmixtionis ⁊ alteratiõis cõgruunt loco gñatiõis: qr mixtio ⁊ alteratio fiũt a nã pp gñationem. Scðm dicta ergo remanet ꝙ ignis ⁊ aer ꝯtinuus igni ſunt ꝓpinquiora orbi lune in cõparatione ad aquã ⁊ terrã: ⁊ nõ poſſunt illic alia eẽ elemẽta p̃ter duo predicta: ⁊ hec eſt ſolutio queſtiõis p̃me: verum ignis qui eſt in orbe celi lune ꝯtingẽs vndiqꝫ ꝯcauũ eius eſt purus nõ turbidus: ⁊ huic teſtificať dcm̃ antiquoꝝ phoꝝ dicentiũ: ꝙ ignis qui eſt illic eſt purus in cõparatiõe aeris cõtenti ab ipſo in imo: ⁊ aer cõtẽtus in iſimo eſt turbidus operatiõe ignis ꝯtinẽtis ip̃m: volũt eñi dicere antiq ſapientes per hunc ſermonẽ: ꝙ ſtat⁹ aeris qui eſt ꝓpinquus terre ⁊ ſtatus terre qui ꝯtingit aerẽ iferius eſt cõmixtus cũ aere nõ puro: qa aer calidus veniẽs ad terrã: ⁊ terre exhalatiõe ſtatim facit ipſaꝫ terrã vaporabilr̃ aſcẽdere: ⁊ ideo ſtatus ille aeris turbidus eſt cõparatiõe ignis ſuperioris: hoc eſt cõparatione illius partis ignis que eleuatur ſuperius ad cõcauum orbis lune: qa hoc eſt ſubtilius ⁊ purius comparatiõe ꝑmixti qȯ ſeqtur inferius reſpectu habitatiõis noſtre: ⁊ ſilr̃ aer qui eſt ſuper hoc mixtũ qȯ eſt circa nos.ſ. aer qui eſt in ſuprema aeris regiõe iuxta ignẽ implẽs ꝯcauũ: ignis eſt purus ⁊ ſubtilis cõparatiõe aeris qui ꝯtigit terrã ad quẽ aerẽ iferiorem cõuertunť ipreſſiones que gñanť ex calido eleuãte: ⁊ dicunť arabice Alganegij hoc ẽ vapor humidus aqueus: ⁊ Alraegij qȯ vapor terreus frigidus ⁊ ſiccus ⁊ puluis minutarum partiũ terre: ſicut apparẽt in radio ſolis ingrediẽte per feneſtraꝫ: hec eñi turbãt aerẽ iſtũ q tãgit iferiorẽ habitatiõeꝫ ⁊c̃.

¶ Cap. 7m. De generatione quatuor elemẽtoꝝ ex motu orbis: ⁊ de diuerſitate regionum aeris.

Quia ḡ nunc oſtẽſum eſt per cãm finalẽ hoc eſſe neceſſe ꝙ ignis ſit apud orbeꝫ lune: ⁊ aer purus ſub igne: demõſtremus illud ẽt per cãm efficiẽtem: ⁊ oſtẽdamus diuerſa loca aeris: vt ſciam⁹ in quo loco aeris cõuertunť ⁊ ſpiſſanť vapores: dico ḡ ꝙ vtraqꝫ ꝓpoſitio per ſe manifeſta eſt ad ſenſum: ꝙ ex motu genereť calor: ⁊ p̃cipue ex motu velociſſimo maxime corporis: corpus ḡ qȯ eſt ſub corpore mobili circulari ſempiterni motus eſt ſubiectus ei ⁊ magis recipiens imp̃ſſionẽ ⁊ effectũ motus eius: eo ꝙ virt⁹ vniuſcuiuſqꝫ mouẽtis maior eſt imediate ſibi cõiuncto q̃ꝫ in eo qȯ cõiungiť ei per mediũ: corpus ḡ imediatũ orbi eſt in virtute ſua caliduꝫ ⁊ ſiccũ ⁊ eſt ignis: qa calidũ in excellẽtia eſt totũ adurẽs humiduꝫ: ⁊ ideo remanet ſiccũ ⁊ qȯ eſt ſub iſto corpore non imediatuꝫ orbi ſed imediatuꝫ igni nõ hñs gñatiuuꝫ caloris imediatum ſibi ſed poſt deficit in eo virtus eius: ⁊ ideo illȯ in virtute ⁊ potẽtia ſua nõ eſt excellenter calidũ: calidũ autẽ nõ excellenter ſed tẽperate nõ exiccat humidũ lꝫ faciat ip̃m fluere extra ſeip̃m: ⁊ hic eſt aer qui eſt calidus ⁊ humidus: qȯ aũt plus remoueť a caloris gñatiuo qȯ eſt motus orbis relinquiť eẽ frigidum cõuertens ad ſe humidũ ⁊ faciẽs natare ip̃m ſuper ſeipſuꝫ per hoc ꝙ eſt inſpiſſans ip̃m: ⁊ hoc ẽ frigidum ⁊ humidũ in virtute ſua nãli qȯ eſt aqua. ¶ Ultimum autẽ qȯ perfecte recedit ab orbe ⁊ effectu motus ei⁹ quieſcẽs eſt: ⁊ in virtute ſua hꝫ frigidum qȯ ita eſt ꝯtingẽs partes materie: adeo ꝙ totũ humiduꝫ naturale exp̃mat ab eis: ⁊ hoc eſt in virtute ſua frigidum ⁊ ſiccũ qȯ vocať terra. ¶ Lꝫ aũt iſta ſit elementoꝝ natura ſm ꝙ diſponunť ſub orbe moto: tamẽ duo elemẽta media diuerſificanť magna diuerſitate ꝓpter diuerſitateꝫ motus ⁊ quietis que fiũt in eis ex ſuperioribus ⁊ ex cauſatis ab eis. Cauſanť aũt a ſuperiorib⁹ motus caliditatis ⁊ humoris ⁊ tempeſtatis ⁊ huiuſmodi: ⁊ ex illis alteranť duo media elementa multa diuerſitate: aqua autem ꝓpter cõiunctionem ſuam cũ terra cum alterata eſt ꝯuertiť ex ſpecie vaporis ⁊ peruenit iferius querẽs mediũ ꝓpter ſuam grauitatem. Aer autẽ qa leuior eſt cõtingit ambiẽs aquam ⁊ terrã: ⁊ ignis qui eſt leuiſſimus contingit aerẽ: aqua autem cuꝫ ſit liqda hꝫ ſũbtile ſepabile a groſſo: ⁊ qȯ ex ea eſt groſſuꝫ nõ eleuať: ſed reſidet in terra: ⁊ qȯ ex ea eſt ſubtile per calorem ſolis aſcendit. Aer autem inferior tãgens aquã ⁊ terrã humidior efficiť ⁊ calidior q̃ꝫ ſit ex natura: qa virtutes eius ſunt calide ⁊ humide: ⁊ ſupra potẽtiam naturalem acqrit eſtum ⁊ humiditatem ex eo qȯ miſcetur: ⁊ ex fumo terre qui potẽtialiter ſiccus eſt ⁊ ex vapore

In pho ſbi. Nos ãt dicamus ſiť ⁊ ad dicẽda determinantes.

aque qui potẽtialiter eſt humidus verum ſpatiuʒ aeris qđ eſt in ſupremo eius vbi tãgit ignem qui circundat inferiorẽ aereʒ calide ⁊ hũide nature ex vapore terre ⁊ aque eſt eſtuoſum ſiccum non humidum humiditate accidentali: qa ſiccitas accidentalis preualet in eo ex hoc ꝙ eſt annexuʒ ⁊ coniunctum igni. Sed inferior aer qui imediate contingit terram eſt humidatus accidentali humido ſuper virtuteʒ humoris ſui naturalis ex multo vapore terre ⁊ aque.

¶ Cap. 8m. Quare non ſunt nubes in ſuperiori regiõe aeris: ſed in media tñ.

DIcimus aũt ex ipſis nominibus quoniaʒ inter ſpatium aeris qđ dicitur eſtus: ⁊ ſpatium inferius aeris qđ eſt calidum ⁊ humidum coniunctum terre eſſe differentia ſm eſſe. Eſtus eniʒ eſt calidus ⁊ ſiccus propter coniunctionem ſuam cum igne qui contingit ipſum ſicut dictuʒ eſt prius: ſed inferior aer eſt calidus ⁊ humidus propter cõiunctionem ſuam cum terra ⁊ aqua vaporãtibus: ⁊ ideo in ſuperiori regione aeris que dicit̃ eſtus nõ ſunt vapores: qa partes vapoꝝ diſgregant̃ ⁊ ſeparant̃ quãdo ſunt ꝓpe regionẽ ſurſuʒ pp eſtũ calidũ ⁊ ſiccum. Cuius aũt alia eſt cã: qa. ſ. ignis ibi vicinus vincit feruẽti calido ſuo ſuper aerẽ qui eſt illic: ⁊ nequaq̃ꝫ vincit̃ ab aere: ⁊ ideo cõſumit oẽm vaporem illuc eleuatũ. ¶ Et tertia cã eiuſdẽ eſt: ꝙ ibi eſt defectus aeris frigidi cuiꝰ eſt iſpiſſare ⁊ cõuertere in aquã: vel cõtinẽ vaporẽ: ſed eſt ibi aer feruẽs diſgregãs partes vaporis: ⁊ cõſumẽs vaporẽ: ⁊ cõuertẽs in aerẽ ſiccum eſtuoſuʒ. Et pp has cauſas nihil oĩno ex nubibꝰ hũidis remanet in loco illo p̃cipue pp illud qđ dcm̃ eſt: qa. ſ. ignis ꝓprietates vincũt aereʒ qui eſt illic: ⁊ ideo nõ põt eẽ ibi aliud cõtinẽs ⁊ iſpiſſans vaporẽ: ⁊ ideo ꝯſumit̃: eſt aũt in medio duaꝝ regionũ. ſ. ſupioris eſtuoſe: ⁊ inferioris calide ⁊ hũide. Tertia aeris zona ſiue regio: que lʒ per eqdiſtãtiã accipiat̃ ⁊ dicat̃ media duaꝝ: tamẽ eſt media per abnegationẽ vtriuſq̃ꝫ: ⁊ eſt ꝓpinquior inferiori q̃ꝫ ſupiori: ⁊ eſt illa in qua deficit v̾tus caloris excitati ex vaporatiõe terre ⁊ aque: ⁊ ex reuerberatiõe radioꝝ ſolis ad corpora polita ⁊ ſolida: que eſt valde frigida ⁊ excellẽtis frigiditatis: ⁊ quãdo vapor eleuat̃ vſq̃ꝫ illuc ſuper terram ⁊ aquã: eleuatiõe ꝓpinqua iſeriori zone cui appropinquat radius adueniẽs a ſole ⁊ reuerberat̃ a terra ⁊ calefacit ipſum: tũc infrigidat̃ vapor: qa locus ille frigidus eſt per cõparationẽ ad iſeriorẽ locũ: ibi eni cõgregat̃ rarũ vaporis ⁊ iſpiſſatur: ⁊ p̃cipue quãdo eſt itra mõtes altiſſimos: qa ibi p̃focat̃ ⁊ infrigidat̃ magis q̃ꝫ alibi: cuius cãm iſra dicemus. Quãdo ergo vapor eſt in illa media regione tũc iſpiſſatus frigore recedit ad nãm ſuã: ⁊ cõuertit̃ in aquã: ⁊ cũ pluit attrahit ipm iterum caliditas loci ⁊ ſolis ⁊ regenerat̃ in nubes: verũ tamẽ cũ deſcẽdit pluens nõ fit totus aq̃: qa permixta eſt cuʒ ipſo aliqua pars terreſtris accidẽtali calore calida: ⁊ illa euolat ad ſuperiora ⁊ manet in aere. Sʒ ille vapor qui exprimitur frigido exprimente in aquam eſt aq̃ humida deſcendẽs ad terrã per pluuias: ⁊ ſunt ẽt in illo aque partes calide ignite que deſcẽdũt cuʒ pluuia: ⁊ ille poſt pluuiã libere effecte iterum reaſcẽdunt cum paruis ⁊ ſubtilibus partibus terrenis ignitis: ⁊ remanẽt in alto cũ eis que ſũt illic iſtis ſilibus.

¶ Cap. 9m. Et eſt digreſſio declarãs ꝙ euaporatio nõ eſt ex aere: ⁊ qualiter in media regione aeris nubes tñ ſunt.

DUbitabit autem aliqs dicens: ꝙ cum in aere ſint partes groſſe ⁊ ſubtiles: ⁊ ſubtiles ſeparabiles ſunt a groſſis: q̃re ex aere euaporatio eẽ nõ poſſit. ¶ Adhuc cũ humiduʒ ſit cã euaporatiõis ⁊ mã: aer aũt ſit humidus: videt̃ enim ex hoc euaporare debere. ¶ Adhuc aũt cuʒ humiduʒ ſubtile eſt maxime euaporabile vt ante dcm̃ eſt: ſubtiliꝰ autẽ ſit in aere humidum q̃ꝫ in aq̃ precipue cum qdam philoſophi: vt Herodotus hoc dixerint ſupponentes p̃ncipiuʒ oium eſſe vaporem: igne qdem groſſiorem: ⁊ aere ſubtiliorem. ¶ Amplius ſunt qdam phi contradicentes his que dicta ſunt de media aeris regione aſſerentes: ꝙ cuʒ aer naturalis calidus ſit ⁊ caliduʒ ſit diſgregatiuum nubiuʒ ꝙ nulla aeris regio frigiditate ſua nubes cõdenſet ⁊ ꝯuertat. ¶ Adhuc autẽ cum vniuſcuiuſq̃ꝫ natura in medio ſui purior ſit et efficacior: oportet ꝙ natura aeris verior ſit in media regiõe q̃ꝫ alibi: ergo ibi eſt calidus ⁊ humidus: ergo nullo mõ ibi ẽ nubium inſpiſſatio ⁊ infrigidatio: frigiduʒ eniʒ illud aut cõuenit aeri ſubſtantialr̃ aut accidentalr̃: ſi conuenit accñtalr̃ nõ ſemp cõuenit nec fortiori effectu q̃ꝫ vbi eſt eſſentialr̃: cum tñ videamus ſemp ibi cõuerti nubes ⁊ fortius q̃ꝫ in terra vl̃ aquã in glatiẽ: ſicut in grãdinẽ ibi ſolidari. Si aũt eſt ei eẽntiale tũc oppoſita inſunt eidẽ eſſentialr̃. ſ. calidũ eſſentiale et frigidũ eẽntiale qđ eſſe nõ põt. ¶ Si autẽ cũ Seneca in libº de nãlibꝰ qõnibus aliqs dicere velit: aerẽ naturalr̃ frigiduʒ eẽ. Cõtra hoc eſt qcqđ in ſecũdo de gñatione determinatũ eſt ꝙ elemẽta ſunt eadẽ quoꝝ p̃me differentie ſunt eedẽ. Si ergo aer eſt frigidus ⁊ hũidus per nãm: ⁊ aq̃ ſilr̃: ⁊ aer ⁊ aq̃ erunt vnũ ⁊ idẽ elementũ qđ abſurdũ eſt. ¶ Nos auteʒ ſine p̃iudicio p̃dictis reſpõdentes dicemus ꝙ raꝝ ⁊ denſuʒ ſunt prime q̃litates nãles ſicut ſepius eſt dcm̃. Eſt auteʒ duplex raꝝ denſuʒ. ſ. qđ eſt accidẽs cõpoſiti corporis ex mã ⁊ forma: ⁊ qđ eſt cã variatiõis materie ad formas diuerſas in ſpẽ elementi: ⁊ primũ qdem nõ facit euaporationẽ: ⁊ tale eſt in ptibus aeris. ¶ Aliud autẽ qđ iducit aliã formã elñti in mã variat formã: per illud eni efficit̃ aq̃ ſub forma aeris: ⁊ ideo ẽt ſub loco ⁊ ſub motu eius efficit̃: ⁊ tale nõ põt eſſe in aere: ſed primũ ⁊ hoc ideo qa ignis nõ eleuat vaporem: ſed cõſumit ipm: nec aer eſt humiduʒ euaporabile: qa hoc eſt corporale aut mediũ iter corporale ⁊ ſpũale: ſed potiꝰ humidũ hʒ ſpũale qđ ſubtiliꝰ eſt omni vapore: ⁊ ideo nõ vaporat: ⁊ per hoc etiã pʒ ꝙ falſuʒ eſt qđ p̃tendunt ꝙ humidũ aeris ſit ſubtile: qa ſubtilitas ſua eſt vltra ſpẽm vaporis. ¶ Herodotus aũt cuius fuit iſta poſitio videbat ꝙ p̃ma diuiſio materie eſt ꝑ rarũ ⁊ denſuʒ: ideo videbat ꝙ aliqđ cõe erat ante iſtđ: ⁊ volebat illud eẽ denſius igne: ⁊ ſubtiliꝰ aere: nõ intelligẽs illud cõe qđ eſt ante raꝝ ⁊ denſum nõ eẽ corpus ſignatũ in forma: ſed potius eẽ mãm ſolam: que nec rara eſt nec denſa: ſed potẽtia ad vtrũq̃ꝫ. ¶ De dubitatiõibuſ autẽ ex dictis Senece exortis: dico ꝙ aer per nãm vbiq̃ꝫ eſt calidus: ſed tñ in ſuperiori regione eſt ẽt per accñs calidus magis q̃ꝫ per nãm: ⁊ ꝑ accidens ſiccus. Inferior autem per nãm: ⁊ per accidẽs calidus: per nãm ⁊ per accñs humidus. Accñs autẽ illud qđ facit eum caliduʒ per accñs inferius eſt multiplex: qa reuerberatio radioꝝ ad corpa polita ⁊ ſolida ⁊ terre exhalatio per calidũ: ⁊ ſilr̃ exhalatio aque ⁊ euaporatio ignitoꝝ locoꝝ que ſunt Therme ⁊ Uulcani in terra coincidentes ⁊ alia huiuſmodi: ⁊ media regio per accñs eſt frigida: ⁊ per nãʒ calida: qa cuʒ aer nõ imediate cõiunctus ſit p̃mo mobili nõ eſt ipſe calidus nãliter caliditate vſtiua: ſed potẽtia debili: que facile imutat̃ ſuperueniẽte frigido. Nubes autẽ ſiue ſint ex terra: ſiue ſint ex aq̃ ſunt frigide per nãm: ⁊ frigiduʒ lʒ retrahatur in inferiori regiõe: eo ꝙ eſt ibi calor accñtalis vt dictum eſt: cũ tñ ſuperiora petit vbi calor accñtalis nõ eſt: ⁊ caliduʒ nãle debile eſt nec ipediri põt: nubes nãli ꝓprietate redeũt ad frigus: ſicut aq̃ bulliens calefacta poſita in aere refrigeſcit per ſe: ꝙ frigidũ infrigidat locũ ⁊ circunſtans calidũ facit ipm fortiter frigidum vt ſupra dcm̃ eſt hec eſt cã: q̃re media regio ſemper eſt actu frigida. Qđ aũt ipſi dicunt ꝙ natura medij verior eſt q̃ꝫ in extremo: dico ꝙ hoc veꝝ eſt vbi per eqdiſtantiã mediuʒ accipit̃ a calido nõ impediẽte ꝓprietate eius: ſed hoc nõ fit hic: qa ſicut probat̃ in libro de crepuſculis: vapores nõ longius tribus milliaribus vel paulominus a terra eleuant̃: ⁊ ideo mediũ hoc per abnegationeʒ dicitur ⁊ nõ per eqdiſtantiã vel per participationem. Frigidũ autẽ illud lʒ accidẽtale ſit aeri: tñ ſtatui aeris ſm mediuʒ hic acceptũ ꝯuenit per ſe rõne que dicta eſt. Seneca aũt loquitur de frigiditate accñtali ⁊ nõ de illa: ⁊ potẽtialr̃ eſt in aere: qa illa nãlis eſt ſtatui talis inquãtũ talis: lʒ nõ nãlis ſit aeri. Ex hiſ pʒ ſolutio oium dubioꝝ que de Herodoti ⁊ Senece diſputationibꝰ colligunt̃: redeamus ergo ad propoſitum.

Solo doctoris.

Raritas et deſitas duplices ſunt.

Nõ diuerſas aeris diſpoſitiões ſʒ duplices regionem eius.

Nõ pp quid media regio aeris ſemp ẽ actu frigida.

¶ Cap. 10m. De cauſa caloris in inferiori regione aeris.

DIco ergo nunc ꝙ orbis eſt elemẽtũ vnũ: qđ quideʒ nõ eſt ex elemẽtis quatuor inferioribꝰ que ſũt ignis calidus leuis ⁊ ſiccus: nec aer calidus ⁊ humidus: nec aqua frigida ⁊ humida: neq̃ꝫ terra frigida ⁊ ſicca: ſed per nãm eſt aliud ab eis. Sʒ ſicut diximus ſupra corpus ꝓpinquuʒ ⁊ imediatum eſt calidum vſtiuuʒ: qa ſicut ſupra diximus oẽ mobile motu ſuo inducit calorem in corpore qđ eſt ſibi proximum dũmodo illud ſit receptibile caloris: hoc eniʒ eſt ſm naturam:

In pho vbi ſupra.

Nō q̄d reqꝛat vt ex motu calor ꝓduci queat.

naturam: ⁊ precipue quando corpus motum motu ſuo poteſt generare calorem ⁊ exuſtionem vel caliditatem: hoc autē fit ex duabus cauſis conuenientibus in eo qđ mouetur: quarum vna eſt motus velocitas: ⁊ altera eſt propinquitas eius qđ caleſcit ab eo ⁊ vtrūqꝫ eſt in motu orbis ⁊ corpore ſibi propinquo. Orbis tamē ſm ſe ⁊ ſimiliter partes eius oēs nullo modo ex motu aliquo: vel alia de cauſa calefiunt: nec vſtiua efficiuntur: ſed calefaciunt corpus ſuper qđ mouenť motu circulari: ⁊ tamen non calefiunt ab eo: neqꝫ a ſuo motu proprio: qa ipſe non recipiunt peregrinas vel alienas impreſſiones eo ꝙ non ſunt in potentia ad formam aliquā cuꝫ ſint incorruptibilia ⁊ ingenerabilia tam ſm eſſe q̄ꝫ ſm eſſentiam. Corpus autem ſolis plus alijs calefacit: qa maius eſt ⁊ velocis motus: ⁊ eſt propinquum nobis: ⁊ ideo plus generat caloris: ⁊ magis excitat calorem inſuper eo ꝙ mouetur: ⁊ qa ſtelle quedam alie cōmunitatem habent cum ſole ⁊ aliquādo iuuant eum ad calefaciendum: ideo qđ aduenit nobis tunc cuꝫ iuuatur a ſtellis eſt plus caloris q̄ꝫ illud qđ aduenit a ſtellis alijs. ℭ Sic ergo cum mouētur ſtelle ⁊ oīa corpora ſuperiora tūc id qđ eſt in circuitu ſub ipſis moueť a caliditate generata ab ipſis: deīde ſeparatur caliditas illa ab eo in quo primo generata eſt ⁊ fit in eo qđ 2^m eſt ab illo: deinceps in materia: ⁊ ſic per media venit ad nos: hoc eſt eniꝫ qđ voluimus determinare de cauſis ⁊ locis generatiōis impreſſionum que generantur in alto.

ℭ Cap. xi^m. Et eſt digreſſio declarans qualiter ex motu generatur calor.

Est autem nobis neceſſarium hic digreſſioneꝫ facere propter intelligentiam faciliorem phicorum ad inquirendum quid ſit cauſa caloris tā in ſuperioribus partibus aeris ⁊ ignis: q̄ꝫ etiā in inferioribus: qa de hoc pleriqꝫ diuerſa ⁊ contraria ſcripſerunt. Queramus ergo vtruꝫ hoc ſit verum qđ naturale eſſe diximus. ſ. ꝙ ex motu fit calor in eo ꝙ tangit id qđ mouetur cum ſit ſuſceptibile caloris: videtur enī eſſe mirabile hoc naturale qa nos videmus ꝙ ſi aliquid ſemper ⁊ per ſe generatur ex aliquo ꝙ vniuocatio ē in forma generantis ⁊ generati. Nos autē hoc non poſſumus dicere de motu ⁊ calore ꝙ ſunt eiuſdem forme: cū tñ ſemper ex motu fit calor ⁊ dicat hoc phs eē per ſe manifeſtū. ℭ Adhuc ēt nos videmus ꝙ omne per ſe generās aliud: ſemp eſt perfectū in eſſe: anteq̄ꝫ ipꝫ generet aliud: motus eſt: ⁊ de numero imperfectiſſimoꝝ qa nō eſt niſi dum fit: ⁊ oīs mot⁹ eſt permixtus potētie ⁊ act⁹ imperfectus nālis: ğ videť ꝙ mot⁹ non generet calorē. ℭ Adhuc autē nos videmus ꝙ nō oīs motus generat calorem: ſed localis ſolū: nō ergo ſimplr motus generat calorem. Sꝫ neqꝫ motus localis ſemper videť generare calorem: qa videmus nos ꝙ aqua fluens fortiter frigidior eſt q̄ꝫ aqua ſtans in loco vno imota. Videmus ēt nos ꝙ in generatione grauis ex leui tanto res fortius deſcēdit quāto plus accipit de forma grauis: ſꝫ quāto plus hꝫ de forma ⁊ nā grauis tāto eſt frigidior: ğ quāto frigidior ē tāto velocius deſcēdit: ſꝫ ſi ex motu eſt calor quāto veloci⁹ deſcēdit tāto calidior efficiť: ğ a pmo quāto plus accipit de nā frigidi tāto calidior efficiť qđ abſurdū eſt. ℭ Si aūt nos ꝯſentimus his rōnib⁹ erit contra ſenſum: qa nos videmus in oī corpore excitari calorē ex motu: ſiue ſit nālis: ſiue ſit volūtarius: ſiue violētus: qđ enī per ſe cā eſt rarefactiōis ⁊ ſepationis partiū eſt cā caloris: ſed quādo corpus moueť ſup aliud corpus: vel ēt aliud corp⁹ diſtrahit ⁊ ſepat ptes ei⁹: ⁊ diſtrahunť ⁊ ſeparanť ab ipſo ptes ei⁹ ēt ſi poſſunt ſuſcipe ſepationē: ğ corpus ſuo motu excitat calorē in alio ⁊ in ſeipo ſi caloris eſt ſuſceptibile: pp hāc enī cām emicat ignis ecōfricatis pcipue duris: ⁊ ꝯfricata caleſcūt ⁊ fumāt: ⁊ plūbū in baſtali ab actu ꝓiectū ꝯfricatū ad aereꝫ liqueſcit. ℭ Et ideo ſaluo meliori iudicio videť mihi dicendū ꝙ motus dupliciter eſt inductiuus caloris.

Mot⁹ dupliciter ē caloris īductiuus.

Uno qđem mō dicto qa cōfricādo rarificat ⁊ diſtrahit ptes mobilis ⁊ eius in quo vel ſup qđ ē motus: ⁊ ſic alterādo mām educit calorem: qui potentia fuit in ipſa ſicut omnis forma potentialr eſt in materia. ℭ Alio autem mō ſpecialr motus voluntarius qui ꝓceſſiuus vocať ⁊ eſt aialium motus: per hoc excitat calorē: qa ad mēbra motus dirigit ſpiritus ⁊ ſanguinē: vel illud qđ eſt loco ſanguinis ⁊ cum his venit calor nālis ⁊ multiplicatur illic: qa ſpiritus calidi ſunt ⁊ ſanguis ſubm eſt caloris. ℭ Neqꝫ opꝫ pp hoc ꝙ motus ⁊ calor ſint eiuſdem forme: qa iſta eſt gñatio per accidens ⁊ nō per ſe: reduciť tamen ad generationem per ſe ⁊ ex parte materie: ⁊ tūc generatur calor ex materia diſgregata quā diſtrahit motus: eo ꝙ ꝓtendit vnaꝫ partem mobilis ex alia: ⁊ cōfricādo ad corpus per qđ vel ſup qđ moueť.

Solo ad rōnes i oppo^m.

ℭ Sꝫ tamē ad efficiens ſm formā ⁊ per ſe non pōt reduci hec generatio cum ſit per accidēs ⁊ nō per ſe. ℭ Ad hoc autem qđ diciť ꝙ motus eſt in fieri ⁊ imperfectus videť eſſe dicēdum ꝙ nō generat calorem ex hoc qđ eſt motus: ſed per accidēs qđ accidit ei ſicut iam dictuꝫ eſt. ſ. ꝙ diſtrahit partes mobilis ⁊ bene confitemur ꝙ non omnis motus ſic generat calorem: qa non omnis motus eſt ſimpliciter ⁊ tm̄ motus: ſꝫ ſolus motus localis. Alij enim motus ſunt per ſimilitudinem ipſius nec ſunt tm̄ motus: ſed etiā mutationes quedaꝫ que imutant in eis aliquid in ſubiecto.

Pro ſolone ad pmū. vide cōmētuꝫ. 42. ſcōi đ celo ab Auerroe.

ceſſitatẽ ipſius. Dico aũt ꝙ mare ꝑtinet ad mundi facturã
⁊ perfectionẽ: q̄ñ mundus nõ eſt perfectus ſine ipſo: q: non
exiſtente principio aquaꝝ nõ exiſtit aqua ſimplex. Sed ſi nõ
eſſet aqua ſimplex nõ eẽt aqua mixta, ⁊ ita nihil gñatoꝝ exi/

Solo ꝓpria.

Solo ad ob/
iecta ꝑtis op/
poſite.

In p̄ho ſcđo
metheororuꝫ
cap̄. p̄rio ibi
querere autẽ
antiquã dubi
tationem. Z.

ficeret mixtū ex aqua: cū aūt aqua ꝯtinuationē preſtet mixtis corporib⁹: ſi nō eēt aqua nō eēnt mixta corpora cōtinua ⁊ conglutinata. vñ tūc nō exiſtēte ꝑncipio aquaꝝ deſtrueref gñatio ⁊ mūdus deſtrueref ꝑ ꝯñs. ¶ Adhuc aūt ſi nō eēt principiū aquarū nō eēnt oēs ꝯiugationes ꝯtrīoꝝ que ſunt poſſibiles ⁊ ſic nā deficeret in neceſſarijs: virt⁹ aūt deficiēs in neceſſarijs ipedif ab actu ⁊ opatiōe: ergo ꝯtingeret ꝙ nō exiſtēte ꝑncipio aquaꝝ deficeret opatio nāe. ¶ Eſt aūt qō quare nō deficit in exitu aquaꝝ ab ipſo ⁊ eleuatiōe euaporationū. cā aūt hmōi eſt quā dixim⁹. ſ. ꝙ redit ad ipm tātū quātū recedit ab ipſo, Si. n. per euaporationes mutaf in aerē ex parte meridiei tūc tātūdē ꝯuertif in ipm de aere ex pte aquilonis. Silr ſi mutaf in aerē aliqd de ipſo in eſtate redit ad ipm tātūdez de aere in hyeme eodē modo eleuaf euaporatio ab ipſo ad mām nubium: hoc totū redit ad ipm in deſcenſu pluuiaruz niuium ⁊ aliaꝝ humidaꝝ ipreſſionum ab alto venientium. Quod aūt egredif ab ipſo ad ortum fontiū ⁊ fluuioꝝ totum redit ad ipm: ⁊ in reditu eorundem ad ipſum.

¶ Cap. 14^m^. De cā ſalſedinis maris ſm opiones antiquoꝝ.

In pħo antē 2° metheoroꝝ caplo. j. ibi de ſalſedine aūt his qui pmo gñauerūt. Z.

Aria aūt ſunt ſalſa ſicut quidā dixerūt: ideo qꝛ cū ſalſum ⁊ dulce pmixta ſunt in mari nō percipif ſalſuz ſed totū apparet dulce. Sed ſol calore ſuo eleuat dulce: eo ꝙ eſt ſubtile: ⁊ iō euaneſcit ⁊ ſolū ſalſuz groſſuz pcipif ⁊ imutat ſenſuz: iſti aūt errauerūt in dictis eoꝝ: qꝛ ſi verū dicerent cū ſicut iam habitū eſt tantū reuertaf ad mare de aqua dulci quātum eleuaf de ipſo: oporteret ꝙ mare dulceſceret in reuerſione aque dulcis ad ipm: ⁊ hoc nos non videmus. ¶ Adhuc aūt oporteret ꝙ mare ꝯtinue eēt dulce: qꝛ cōtinue tantū cōuertif ad ipm de aqua dulci quātum eleuaf de ipſo. ¶ Alij aūt magis groſſi pħi dixerunt ꝙ cā ſalſedinis maris eſt ꝙ in ipſo ſunt aque ſalſe cū dulcib⁹ ⁊ imutāt ⁊ alterāt aq̄s dulces ad saporē ſalſuz. Sunt iſti aūt rudes qui petūt id qō eſt in ꝑncipio qꝛ queſituz eſt q̄re aque maris ſunt ſalſe: ⁊ ipſi dicūt ꝙ ſūt ſalſe ⁊ alterāt dulces: ⁊ nō dicūt cām q̄re aq̄ ſalſe ſunt ſalſe ⁊ q̄re aque ſunt amare. Hi aūt de qb⁹ ſuperi⁹ fecimus mētionē qui dixerūt ꝙ ſudor terre cauſat mare: ⁊ qꝛ ſudor eſt ſalſus iō mare eſt ſalſuz: reprehēſibiles ſunt in hoc qꝛ ſufficiētē cām nō aſſignauerūt: nō eniz dixerūt cām q̄re egrederef ſalſus ſudor ex terra dulci: cām eniz mālem ⁊ efficiētē in nālibus cōuenit aſſignari vnde cām debuerunt dicere pp quā dulcedo que ex terra eſt in aqua eſt deſtructa aqua ſalſa propterea ꝙ aliud ſudori eſt admixtū materialiter qō facit eū ſalſuz: ſicut nos videm⁹ ꝙ aque colate per cineres aliud admiſcef pp qō amittit dulcedinē ⁊ efficif amara: ſicut eniz videmus in corpore hoīs: qꝛ cū recipit cibum dulcē egredif ex cibo dulci ſupfluitas aliqua amara valde ſicut cholera q̄ ad fel deriuaf: ⁊ egredif ex ipſo aliqua ſupfluitas ſalſa ſicut vrina que deſcēdit ad veſicā: ⁊ in artificialib⁹ videmus etiaz hoc in exēplo iam dicto de aqua colata per cineres que dicif liſciuium ⁊ in oībus his cauſatur ſalſedo vel amaritudo ex aliqua ſuperfluitate terreſtri cōbuſta que cōmiſcef cū iſtis: ⁊ ſimiliter oportet eſſe in aquis ſalſis aliquā ſuperfluitatem terreſtrem cōbuſtaz ex qua cauſatur ſalſedo maris ⁊ hoc dicere debuerunt ſi ſufficienter dixiſſent.

¶ Cap. 15^m^. De cauſa ſalſedinis maris ſm veritatē: ⁊ de ſalſedine quarūdam pluuiarum.

Auſa aūt materialis ſalſedinis maris ſm veritatez eſt: qꝛ ſicut ante diximus iam duo ſunt genera vaporuz. ſ. frigidus hūidus ⁊ frigidus ſiccus: ⁊ in loco maris vnus iſtoꝝ eleuaf in ſuperficie maris ⁊ alter eleuatur de fundo ipſius per motū ſolis ⁊ ſtellarū que ſunt efficiēs cauſa vaporuz iſtoꝝ: ⁊ qꝛ aqueus vapor ſubtilior eſt inter iſtos duos: iō eo eleuato in aerē remanet vapor terreus diffuſus ⁊ diſperſus in aqua maris qō videf per exēplum in cibo: digeſto enim ſubtili qō eſt in cibo ⁊ eleuato ad mēbra que debent nutriri remanet ſuba groſſa adhuc idigeſta: cū ergo remanet ille vapor terreus groſſus diſpſus in ſuba maris ex frigiditate aque circūſtantis expellif ad ipm frigiditas que expulſa vrit partes eius que vſte ſalis saporē accipiūt ⁊ ſalſant aquas: ſal enim eſt ex ſpēb⁹ terre cōbuſte ſicut probabif in quarto voluminis iſtius: ⁊ iō liqueſcit frigido ⁊ humido ⁊ coagulaf ſicco ⁊ calido: ſi aūt excedat calor adurens modū mēſure ſue: tūc nō fit vapor ille ſal ſed quaſi cinis: ⁊ tunc erit in aquis ſapor amariſſimus: demōſtratio autē illius eſt per ſignū: qꝛ ſudor ⁊ vrina que ſunt ſupfluitates ciboꝝ ſunt ſalſa qñ agit in eis calor vrens ⁊ ſi addif illi calori ꝙ efficif calor incinerās inuenif vtrūqz eoꝝ amarū. res enim aduſte in quib⁹ totū humidum remotū eſt ſicut cinis ⁊ ei ſimilia ſunt amariſſima: dixerūt tñ quidā partiz cōcordātes cū dicto modo ⁊ partim diſcordātes: dicūt eniz ꝙ verū eſt ꝙ ſal generaf ex terreſtri cōbuſto. Sed nō cōcordant nobiſcū ꝙ terreſtris vapor in mari cōburaf ⁊ ſalſet aquas. Sed potius dicūt ꝙ terra in circuitu maris cōbuſta eſt ⁊ illa ſalſat aquas. Sed tale dictū turpe eſt pħi: qꝛ ſenſus illud nō atteſtaf: qꝛ nō videmus ꝙ terra i circuitu maris ſit aduſta per ſalinas. Sed arenoſa eſt eo ꝙ lutū glutinoſum ibi calore decoctū eſt in lapillos qui pp ſiccitatē multarū facti ſunt diuiſionū: ⁊ in hoc aliquātulū ſimilis eſt aduſte rei cū ſimplr nō eſt aduſta in ſalinas. ſal enim ex duob⁹ generaf vno. ſ. efficiente qō eſt calor adurēs: alio māli qō eſt terreſtre aque cōmixtū: qꝛ aūt terreſtre ex cōmixtione cū aqua pp aque perſpicuitatē tendit ad albedinē: ⁊ cū ignis vrens eſt in ipſo incipit fulgere precipue in tenebris: tñ eſt pp modicas partes ſalis i mari repreſſas mare qñ mouef in nocte videtur ſcintillas emittere: ⁊ facit hoc precipue illud mare qō multū eſt ſalſuz ⁊ in climatibus calidis: ex eadem autē cauſa videf in pluuijs aliqñ quiddā ſalſum: admiſcef enim vapor eis calidus ſiccus in eleuatione vaporis frigidi ⁊ humidi: ⁊ ideo calidū expulſum a frigido cōburit ſiccū in nube: ⁊ ideo facit pluuiam ſalſam.

Propter qd mare motum in nocte ſcintillat.

¶ Cap. 16^m^. De experimentis quib⁹ aqua ſalſa ſpiſſior ⁊ grauior eſſe probatur ꝙ̃ aqua dulcis.

In pħo vbi ſupra.

Uod aūt aq̄ ſalſa grauior ⁊ ſpiſſior ſit ꝙ̃ aqua dulcis qō ſepius iam ante diximus ex multis colligif experimētis: quoꝝ vnū eſt ꝙ ſi fiat globus cereus tenuis bene cōcluſus ⁊ cōcauus interius ponaf in aqua ſalſa attrahet aquā i globū per poros globi ⁊ caliditatez cere: ⁊ inuenif globus aliquātulū poſt tpis plenus aqua dulci cū tñ aq̄ circūfluens globū tota ſit ſalſa: ⁊ inde etiā eſt ꝙ piſces lz ſint in aqua ſalſa tñ nutriunf aqua dulci quā ſugūt brāchijs ⁊ alijs organis ad hoc paratis a nā. ¶ Aliud aūt expimētuz eſt ꝙ ſi cōmiſceaf ſal mixtū cū aqua forti cōmixtiōe ita ꝙ ſal totū liqueſcat: ⁊ deinde imittaf in aquā illā ouū recēs natabit ſup aquā illā pp ſpiſſitudinē aque quā ꝯhit ex cōmixtione ſalis: ⁊ ſi ponerēf in aqua dulci omni die igrederef ſub ipſa: eſt āt hoc verū de ouo recenti qō plenū eſt: ſi eniz eēt ouū antiquū illud in aliqua parte eēt reſolutū ⁊ haberet aerē ſub teſta cōcluſuz: ⁊ iō nataret in aqua dulci. ¶ In eandē cām incidit id qō dicif de lacūa que eſt in Paleſtina ⁊ vocaf mare mortuū eo ꝙ pp nimiaz ſalſedinē ⁊ amaritudinē eius nihil viuit in ipſo ⁊ pp acumē eius ſi pānus ſordidus mergif in ipſa cito mūdificaf: ⁊ pp ſpiſſitudinē ſue aque ſi hō vel beſtia ligatis extremitatib⁹ quib⁹ natādi vſus eſt mittaf in mare illud natat ſup aquā ⁊ nō mergif: qꝛ ſuo mō leuius eſt corpus aīalis imiſſum ꝙ̃ ſit aqua ſpiſſa cui imittif: ⁊ forte nō eſt veruz hoc ex hoc tm̄: qꝛ illa aqua ſalſa ſit ſed ēt qꝛ eſt bituminoſa q̄ſi ſit mixta pice liquefacta ſicut tradūt hyſtorie. ¶ Ex eadē autē cā eſt ꝙ naues citius mergunf i aqua dulci ꝙ̃ in aqua ſalſa: qꝛ nō ita cito diuidif aq̄ ſalſa ſicut dulcis: nec ita cito ſup nauim eleuaf: hinc accidit ꝙ reptū eſt in loco qui gelymon appellaf: fuit enim aq̄ ſalſa ibi vehemētis ſalſedinis ⁊ eſt lata valde: influit aūt aquā aliā dulcē ⁊ ſuauē ⁊ in tātū alterat eaz ꝙ lōge a loco cōfluxus duaꝝ aquaꝝ nō viuit aīal in cōfluxu: hauſta aūt aqua illa ⁊ decocta reddit ſalē ſubtilē albiſſimuz delectabilē plus alijs ſalib⁹. ¶ Cuius cā eſt ꝙ ſubtile eſt terreum aque mixtū cōbuſtuz in flumine in quo qñ vlteri⁹ agit calor comburit ipm amplius ⁊ diuidit ⁊ albificat: terreſtria eniz mixta aque cōbuſta alba ſunt: ſicut pz in calce: ⁊ ideo qꝛ acutus efficif ꝓuocat appetitū: hoc aūt ꝓbaf ex hoc ꝙ ſi ſal eſt in pāno madido ligat⁹ forma imutata ꝯhit cruſtā extra: ⁊ interi⁹ efficif albiſſimus ſubtilis valde ⁊ vehemētis acredinis ⁊ iuuat ad ꝓuocationē appetit⁹. ¶ Et ſcias ꝙ fluuius iſte nō hz ſalem ex vapore terreo cōbuſto in ipſo fluuio: ſed poti⁹ ex hoc qō trāſit per ſales in terra gñatos ex vehemēti calore in terra ꝯcluſo: qꝛ ſales nō gñanf in aquis fluētib⁹: iō qꝛ radius ſolis non diu ſtat ſup eas: qꝛ eleuaf ex radio pars poſt partem.

Propter qd ouū antiquū in aqua dulci pōt natare.

Propter qd naues citius mergūtur in aqua dulci ꝙ̃ in ſalſa.

poſt partem. Sed ſuper ſtantes quieſcit radius ſolis longo tempore: ⁊ ideo cōburit qđ eſt in eis: ſubtilitas tamen aque dulcis que iſti permiſcet̃ fluuio confert ad ſubtilitatem ſalis: qa calorē facit magis penetrare in materiam ſalis: ⁊ amplius diuidere ipſam: eſt autē ex eadem cā id quod refertur de lacunis loci amritius: naſcit̃ eni in lacunis illiꝰ loci multum de arundine ⁊ ſquinanto que capiunt nutrimentum et augmentum ex terreſtri parato ad combuſtionem ſalis: nō tamen aduſto: ⁊ ideo cum per ignem incinerat̃ arūdo ⁊ ſquinantum ⁊ permiſcent̃ cum aqua dulci ſtatim inſpiſſat̃ aqua ⁊ incipit attrahi a calore cinerum ⁊ cum infrigidat̃ fit inde ſal: qa aqua dulcis contulit cineri ſubtilitatem vt cōmiſceri poſſet ⁊ expulit calidum. ¶ Eſt tamen notandū ꝙ differentia eſt inter flumina ſalſa ⁊ mare ſalſum: qa lꝫ conueniāt oēs aque ſalſe ꝙ ſunt caliduꝫ: nō tamē adeo calidū ſunt aque ſalſe fluminū ſicut maris: ⁊ in hoc ꝙ flumina ſunt ſalſa ex terra alterante ea per quā tranſeunt: ſed mare ſalſum eſt ex vapore terreſtri qui cōburitur in ipō ſicut dcm̄ eſt: ⁊ ideo iuxta flumina talia: ⁊ in ꝓfundo fluminū quādo terra vicit aquaꝫ in cōmixtione generatur quidam lapis qui dicit̃ gipſuꝫ qui

aſr alabaſtꝛ

materia eſt eius qđ vocatur plauſtrum: ⁊ ideo ille lapis cuꝫ in calore conuertatur de facili ignis viuus exurit̃: qa añ paſſus eſt aduſtionem nālem: ⁊ tunc calx que inde fit cito indurat̃ induratione fortiſſima ꝓpter ſue nature ſiccitatē ⁊ aduſtionē: ⁊ qa fit ex cōmixtione terreſtri cum aqua qa hoc lucet quaſi cryſtallus in extremitatibus ſuis: ⁊ qa aduſtū terreſtre vincit in ipſo: ideo facilis eſt diuiſiōis ⁊ diuiditur in laminas qua ſimiles ſunt vitro ⁊ ſunt perſpicue.

¶ Cap. 17m. De cauſa fluminum ⁊ mariuꝫ in cauſa ſalſedis.

Dico etiam ꝙ aqua fluminum ⁊ fontiuꝫ alterabilium alteratur ab alia alteratiōe ſm moduꝫ alterationis terre per quā tranſit: alterat̃ aūt aqua tā in ſapore ꝗꝫ in calore aliquādo ſꝫ modum aduſtionis terre in gypſum ſicut dicimꝰ: aliquādo aūt in cinerem: ⁊ aliquādo autem in ſulfur ⁊ huiuſmodi: ⁊ ideo in Sicilia inuenitur aqua acetoſa qua incole terre pro aceto terre vtuntur: ⁊ inuenitur in Theutonia in multis locis aqua acris qua vtuntur incole pro medicina laxatiua: hac de cauſa manat aqua acetoſa in loco qui Arenmē dicitur: ⁊ in loco qui dicitur Calyen manat aqua amara tante amaritudinis ꝙ omnem aliaꝫ aquā ſe influenteꝫ alterat: ⁊ omne qđ eidē permiſcetur facit amarum: talis autē aqua tranſit per mineras cupri qđ fit de ſulfure aduſto: ⁊ hoc inuenitur expreſſum in Saxonia in loco qui Groſſona vocatur vbi talis aqua de venis cupreis emanat: cām autem horum iam alibi diximus qđ pertinet ad librum de cauſis proprietatum elementorum ⁊ planetarum: diximus autem nunc cauſam quare mare manet ſemper ⁊ qualiter mutantur aque maris ⁊ que eſt natura ipſaꝝ ⁊ ſm que accidentia imutatur ſubſtantia ipſarum.

¶ Cap. 18m. Et eſt digreſſio de varietate aquaꝝ ſꝫ Senecā.

Licet nos auteꝫ alibi dicturi ſumus de generatione mineralium ⁊ lapidum ⁊ aquis mineralibus: tamen vt perfectior tractatus habeatur ſi dicta diuerſoꝝ auctorum conferantur ponemus diuerſitates aquarum ſm Senecaꝫ acceptas: ⁊ etiam poſtea que ex verbis Auicē. colliguntur. ¶ Seneca ergo in libro tertio naturalium queſtionum ſic dicit aliquis ſapor varius eſt ꝓpter quatuor cauſas ex ſole. Prima eſt per qđ fertur ſecūda ſimilitudine eius a qua naſcitur tertia ex ſpiritu qui in aquā transfiguratus eſt quarta ex vitio qđ ſepe accipiunt corrupte per iniuriam: he cauſe saporem aquis dant varium: he medicatiuaꝫ potentiam: he graues ſpiritus: odorēq̄ꝫ peſtiferum: he leuitatem grauitatēq̄ꝫ aut calorem aut nimium rigoreꝫ. Intereſt vtrū loca ſulfure an vitro bitumine plena tranſierunt hac ratione corrupta cum vite poculo illud de quo Ouidiꝰ ait. Fluuios habet cicones ꝙ potum ſaxea reddit Viſcera qđ tactis inducit marmora rebus. Medicatiuum eſt qđ eiꝰ nature habet limē vt corporibus obglutinet ⁊ abduret queād modum puteolanus puluis ſi aquam tetigerit ſaxum eſt: ſi econtrario hoc aqua ſi ſolidum tetigerit heret ⁊ figit̃. Inde eſt ꝙ res abiecte in eundem lapidem ſubinde extrahuntur qđ in Italia multis in locis euenit: hoc mirum videbit̃ tibi ſi notaueris albulas ⁊ fere ſulfuratas aquas circa canales ſuos derinari. ¶ His autē addit Seneca adhuc ſic dicens nō mirum ſi locus atq̄ꝫ aer aquas inficit ſiſemq̄ꝫ regionibuſ reddit ex qbꝰ ⁊ per quas veniunt pabuli: ſapor eniꝫ apparet in lacte: ⁊ nimius exiſtit in aceto: nulla res eſt que nō eiꝰ quo naſcit̃ notas reddat. ¶ Adhuc dicit Seneca de diuerſitate aquaꝝ ſic: quidam eſtimant per loca ſulfure plena vel introeuntes aq̄s calorē beneficio materie per quā fluunt trahere ꝙ ipō odore guſtuq̄ꝫ teſtant̃ qđ ne accidere mireris viue calci aquā infunde ⁊ feruebit: quedā autē aque mortifere ſunt nec odore notabiles nec ſapore circa nouatrinū in archadia pinx appellata ab incolis ad venas fallit qa nō facie nō odore ſuſpecta eſt q̄lia ſunt magnoꝝ artificuꝫ venena que deꝑhendi niſi morte nō poſſunt hec aq̄ ſūma celeritate corrumpit: qa ꝓtinus hauſta indurat̃: nec aliter ꝗꝫ gipſum ſub humore cōſtringit̃ ⁊ alligat viſcera eſt eque noxia aq̄ in Theſſalia circa tēpe quā ⁊ fera ⁊ oē pecus deuitat: perfert enim ⁊ exit nec arbuſta qdeꝫ alit ⁊ herbas necat: qbuſdā fluminibus vis ineſt: mira alia ſūt que inficiūt greges ouiū pota vt que nigra albā faciāt lanā ⁊ ecōuerſo: hoc i Boetia amnes duo efficiunt quoꝝ alteri ab effectu melas nomē eſt vterq̄ꝫ ex eodē lacu exeūt diuerſa facturi. In Macedonia vt ait Theophraſtus qui oues facere albas volūt ⁊ adducunt ad fluuiū quē vt diutius potauere nō aliter ꝗꝫ infecte mutant̃. Si illiſ opus fuerit lana palla paratꝰ gratuitus i fetorē ⁊ ad peneyō eundē gregem ipellūt: in galatia flumē eſt qđ idē ouibus facit: in Capadocia flumē eſt quo poto eqs nec nulli alij ſpargit̃ alba cutis. ¶ His cōſonant verba Ariſto. in libro tertio de aialibꝰ vbi ſic dicit̃ ē qđdaꝫ flumē a quo ſi potauerit grex ouiū: ⁊ deinde coierit poſt potū faciet agnos nigros ſicut accidit i regiōe que dicit̃ grece Halrit vſus Thraciā. In Arcadia ſunt duo flumia vnū facit colores agnoꝝ nigros aliđ albos: flumē qđ dicit̃ Aſcamidoꝝ facit rubeos. ¶ Dicit ēt Seneca quedā ex parte de grauitate ⁊ groſſitie aquaꝝ ſit ē in Syria ſtagnū in quo natāt lateres: ⁊ mergi ꝓiecta nō poſſunt lꝫ grauia ſint huiꝰ rei cā palā eſt quācūq̄ꝫ vis tūc expende ⁊ ꝫ aquā ſtatue dūmō vtriuſq̄ꝫ par ſit modus ſi aqua grauiorē leuiorē ꝗꝫ ſit ipſa res ſunt ⁊ tāto ſupra ſe extollet quanto erit leuior: at ſi aq̄ ⁊ eiꝰ rei quā cōpenſabis par pōdus erit nec peſſuꝫ ibit nec extabit ſed exequabit̃ aque ⁊ natabit quidē: ſꝫ pene merſa ⁊ nulla eminēs pte: hec cā eſt eni quedā ſigna ſup aquā pene tota efferunt̃ quedā de media ſubmiſſa. Sūt quedā ad equelibrū aque deſcēdūt. Naꝫ cum vtriuſq̄ꝫ par pōdus eſt neutra alteri cedit. Itaq̄ꝫ vt grauior eſt aq̄ hominis corpore aut ſaxi nō ſinit id qđ nō vincit̃ mergi: ſic euenit vt in qbuſdā ſtagnis nec lapides qdā peſſuꝫ eant de ſolidis ⁊ duris liquor. Sūt eni qdā pumicoſi ⁊ leues que cōſtāt inſule in Iudea natāt Theophraſto auctore cutillaꝝ inſula arbores hꝫ ⁊ herbas alit: tamē aq̄ ſuſtinet̃ ⁊ in hāc atq̄ꝫ illaꝫ partē nō vento tm̄ ſed aura cōpellitur: nec vnquā illi per diē ⁊ noctē vno in loco ſtatio eſt: ⁊ iterū addit Seneca ſic dicēs: quis nō grauiſſimas aquas credat qua in cryſtallo coeunt: ecōtra aūt eſt: tenuiſſimus enim hoc euenit quas frigus ob ipſam tenuitatem faciliime gelat: vñ autem ſiat eiuſmodi lapis apud grecos ipſo noie apparet: cryſtallum eni appellat hūc perlucidū lapidem ⁊ glatiem ex qua ſit aq̄ celeſtis minimum in ſe terreni hñs cū idurauerit lōgioris frigoris ptinacia ſpiſſat̃: donec omni aere excluſo in ſe tota cōprehenſa eſt humor qui fuerat lapis factus eſt. ¶ His adhuc addit Seneca de diuerſitate aquaꝝ ſe purgantiū ſic dicēs qdam fontes certo tēpore purgamēta eiectāt vt Arethuſa in Cecilia qui tota ꝗꝫ eſtate per olympia. Inde opinio eſt Alpheon in Achaia illo vſq̄ꝫ penetrare ⁊ agere ſub mari curſuꝫ nec añq̄ꝫ in Syracuſano littore emergere: ideo qa eſt his diebꝰ qbuſ olympia fiunt victimaꝝ ſtercus ſecūdo tradit flumē illic redundare eſt in chōſoneo radioꝝ fons qui poſt magnū interualluꝫ tēporis feda quedā turbidus ex vicinio fundit donec liberatus eliquatuſq̄ꝫ eſt. Hoc qbuſdā locis fontes faciunt vt nō tm̄ lutū ſed folia teſtaſq̄ꝫ: ⁊ qcqd putre iaciūt expellāt: vbiq̄ꝫ autē facit mare cui nā eſt vt omne imundum ſtercoroſumq̄ꝫ littoribus impigat: quedā partes maris certis tēporibus hoc faciunt vt circa māſioneꝫ ⁊ mylas ſimum ⁊ qdeꝫ ſimile turbulento mare ꝓfert feruetq̄ꝫ ⁊ eſtuat nō ſine calore fedo: vñ illic ſtabulare ſolis eq̄s fabula his ꝓxima cā iue-

nirī non pōt ceterū publica eſt illa: oēm enim aquaꝝ ſtantiū clauſarumq; natura ſe purgat. Nam in his qͥbus curſus eſt nō poſſunt vitia ꝯſiſtere ille que non emittunt qcqd inſedit magis minuſue eſtuant. Mare vō cadauera ſtramēta fragmentaq; ⁊ naufragoꝝ reliqua ſimilia ex intimo trahit nec tm̄ tempeſtate ſed tranquillū placidumq; purgat oēs has diuerſitates enumerat Seneca: ⁊ nos inueſtigabim⁹ cauſas earum: ⁊ an in omnibus verum dixerit Seneca.

¶ Cap. 19^m. Et eſt digreſſio quare aque recipiunt alteratiōnes illas quas dicit Seneca.

Eſumentes autē dicta Senece dicimus ꝙ id qō p̄mo tangit q̄tuor de cauſis qͥbus ſapor variat nō hꝫ rephenſionē: cauſa eni ſaporis aut ē in aq̄ nāliter: aut accn̄taliter. Si aūt eſt cā nāliter tūc mutat ſiſitudine ei⁹ a quo naſcit ſic eſt in aq̄ que reſoluit ex aliquo mixto: vel gn̄atur ex aliqͥbus mixtis ſicut ſunt aque qͥbus vſus eſt alchimicus que ꝓpter cōponentia vim ⁊ ſaporem mineralē: ⁊ ſicut aqua roſacea vel alia que fit per hūc modū. Si autem eſt accidentaliter in aqua aut cum alteratiōe ſola ſine materia aliq̄ cōmixta ei: aut cum alteratiōe cōmixtione materie inficientis eam per cōmixtionē: ⁊ qdem cum alteratio eſt ſola ſine commixtione materie inficiens tunc dicit recepiſſe corruptioneꝫ vel ſaporem per iniuriā ſicut aqua iuxta quā eſt cāphora tota ſapit camphoram etiam ſi nihil de ſubſtantia cāphore reſoluat in ipſam. Et ſilr̄ de alijs odoriferis vel fetidis iuxta aquā poſitis: ⁊ ide ꝓbatur in libro de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ odor non eſt ſumalis euaporatio: quia in aqua res difficulter fumat: ⁊ poteſt aqua imutari odore ⁊ ſapore preter alicui⁹ fumi vel euaporationis reſolutionem. Si autē ificit cōmixtione materie ⁊ alteratione aut illud qō permiſcet ei tranſit in eam corporaliter aut ſpiritualr̄: ⁊ ſi tranſit in eam corporaliter tūc fit ſicut ex terra per quā quaſi colādo trāſit ſicut ſi colatur per ſulfur vel ſalinas vel cineres. ¶ Si auteꝫ ſpiritualiter tranſit in eam materia ſibi cōmixta tunc fit mutatio ſaporis ſicut cū ſpiritus in ea trāſfiguratus eſt. ¶ Qō autem dic Seneca de aqua puluerem vertēte in lapides vel alias q̄ſcunq; materias vel qua durat ipſa in lapides cum tangit ſolida corpora vt alios lapides vel terrā vel ligna eſt ex vi mineralī lapidis que eſt in aqua: ⁊ de illa nos agemus in libro de mineralibus: vis enim mineralis eſt multiplex ⁊ non poteſt determinari hic ſufficiēter. ¶ Similr̄ de calidis aquis que therme vocant tractatū fecimus in libro de cauſis proprietatuꝫ elemētoꝝ ⁊ planetaꝝ qui poſt librū de celo ⁊ mundo ordinat. ¶ De venenoſis autē aqs que viſu dephendi nō poſſunt: dicendū ꝙ hoc eſt ex multa ſpirituali mā minerali in illis aqs exiſtente: ⁊ qa ſpiritualis eſt peraptiſſima ē ad agendū: ideo modico calore alterata interficit ſicut quādo bibitur ⁊ alterat calore corporis qō oſtendit hoc qō dicit ꝙ in gipſum cōuertit. ¶ Qō vō de alteratiōe ouium dr̄ ſciendum ꝙ oues magis alterabiles ſunt q̄ʒ alia aīalia: qa humide ſunt nāliter: ⁊ ideo ſine ſpermate ꝙ aq̄ bibita alterat ei: ⁊ poſtea proijcit per ſtuꝫ ſit alteratio in agnis natis ſiue etiam in antiqͥs ouibus ex ſolo potu. dicendū ꝙ illa aq̄ que albas facit vehementer eſt virtutis frigide ⁊ humide perueniens ad pellē per poros laxat pellem ⁊ humefacit eam ⁊ quaſi facit eam perſpicuam ꝓpter qō alba reddit pellis: ois enim animalis eſt hec natura preter hoiem. ꝙ pilos variat ſm̄ pellis varietatem: ⁊ ideo albata pelle ouiuꝫ neceſſe ē lanam albā fieri. Illa autē que nigros facit greges vehementer ē virtutis calide ⁊ terreſtris ex terreo vapore ſibi admixto ⁊ illa perueniens ad pellem quaſi adurendo eaꝫ conuertit in terreſtrem: ⁊ per ꝯſequēs priuat a pelle perſpicuitatē: ⁊ ideo neceſſe ſit pellis nigra ⁊ per ꝯñs lana nigra: ⁊ ſic ē de alijs aīalibus lꝫ non adeo de facili mutent vt oues. Fere tamē omnes aque mōtuoſe in montib⁹ non extra bullientes ſi iuxta hoſtiuꝫ fontis hauſte aſſidue ⁊ diu bibunt hūt hoc ꝙ faciūt ſtrumas oibus hoibus: ⁊ hoc eſt ideo qa tales aque vaporoſe ⁊ frigide vehementer multas ſuperfluitates commouent a cerebro deſcēdentes que ſunt flegmatice ⁊ he per uenientes ad guttur ⁊ collū faciunt ibi tumores qui ſtrume dicūtur. Hoc autē qō Seneca dicit de aqs grauibus ſuper quas corpora natant nō eſt conſentiendū ſibi quo ad cauſe aſſignationē lꝫ effectus ſit verus ꝙ falſuꝫ eſt qō dicit Seneca pro cā ⁊ improbatuꝫ in tertio celi ⁊ mūdi. Nō enīꝫ hec eſt cauſa merſiōis in aquā qō grauius ſit vel plus habeat pōderis ⁊ natationis: nō enim eſt cā ꝙ ſit leuius q̄ʒ aqua: ſed potius qō hꝫ multuꝫ incluſuꝫ de aere in poris natet: qō aūt nō hꝫ vt lapis ꝯtinuus nō natat ⁊ ſm̄ ꝙ hꝫ de aere in poris minus ⁊ plus ſic natat plus ⁊ minus: vnde ebanus nigra que nō dat flāmā non natat. Sꝫ lapis poroſus igne exuſtus natat ꝓpter incluſuꝫ in ſe aerem: ⁊ ſilr̄ natant cōcaua ⁊ alia de quibus in libro de celo ⁊ mūdo diximus. ¶ Qō autē Ariſt. videt dicere de experimento maris mortui ꝙ dicit eſſe lacunam paleſtine: ⁊ Seneca dicit eē ſtagnū Syrie ꝙ natāt corpora diuerſa ſup ip̄m ꝓpter grauitatem ipſius aque quā hꝫ in cōparatione alioꝝ corpoꝝ: dicendū ꝙ nō intelligit hoc de grauitate abſoluta ſed de illa que cātur ex ſpiſſitudine grauis corporis: qa ſic ſeqtur ſi aliqd eſt graue ꝙ eſt etiaꝫ ſpiſſum ⁊ terreſtre: ⁊ ideo nō facile diuiſibile ad mergenduꝫ aliquid in eo: ⁊ ſic eſt graue mare mortuū ⁊ difficulter aliquid mergit in ipſo. ¶ Qō aūt dicit Seneca de purgamētis fontium ⁊ maris: dicendū ꝙ cauſa purgatiōis fontiū nulla alia eſt niſi ꝙ hoſtiū fontis non ſatis amplū eſt ſub terra ⁊ calor qui eleuat aq̄s ad hoſtiū eſt fortis: ⁊ aqua turbida que eleuat: aut ex luto qō eſt in ſpecu vbi aq̄ congregat: aut ex influentib⁹ ſtercorib⁹ ⁊ fimis ⁊ ex pluuijs per terre ruinas que ad ſpecū deriuant: ⁊ ideo cū calor eleuat turbulētū cū aq̄ paulatim obſtruit hoſtia fontis ⁊ egredit q̄ſi aqua colata ⁊ per lōgitudinē ſui fluxus ſub terra clareſcit: cū aūt multiplicatur mā ⁊ oppilat meatū multiplicatur aq̄ poſt ipſam ⁊ expellit illam cū impetu magno: ⁊ tūc ſordes emergunt cuꝫ aq̄: ⁊ hoc fit per magnū interuallū tēporis vel paruuꝫ ſm̄ ꝙ citius vel tardius oppilat meatus: hui⁹ autē ſignū eſt qō faciūt hi qui ſordes de lacunis purgāt ⁊ hūt riuulū paruū: faciunt eni receptaculum aque magnū ⁊ aquā cōgregatam in eo dimittūt in impetu currere ſuper ſordes: ⁊ tūc aq̄ ſordes educit. De purgatione aūt maris ſciendū ꝙ mare effluere facit vapor eleuat⁹ in fundo maris ex lumine lune ꝓcreatus ⁊ ille vapor eleuatus extrudit aquas ſuper littus ⁊ eadem violentia repellit oēs ſordes que in mari ſunt ⁊ cadauera ad littus: mare autē ſtricti lateris ⁊ non ſordidi ⁊ lutoſi in illo vapore magis eſtuat ⁊ feruet ⁊ turbat: ⁊ ideo in illo finguntur ſtabulare equi ſolis ſm̄ fabulas poetarum: ⁊ hec dicta ſint de diuerſitatibus aquarum enumeratarum a Seneca.

¶ Cap. 20^m. Et eſt digreſſio declarans diuerſitatem aquarum ſm̄ dicta Auicen. per modum iuuamenti vel nocumenti qō eſt in aquis diuerſis.

Ecūdum autē dicta Auicē. diuerſitas inuenit in aqs eo ꝙ quedā ſunt currentes quedam puteales quedā paludales ⁊ quedā ſalſe ⁊ quedā ſunt aque educte in lapideis vijs vel plūbeis: quedaꝫ ēt ſunt metallice in qͥbus eſt vis mineralis ⁊ quedā ſunt alluminoſe ⁊ quedā niuoſe ſiue glatiales. Inter currentes aūt quedam currūt ſuper lutum ⁊ quedā ſuper arenas ſiue lapides: eſt ergo generale documentū ꝙ currentes ⁊ meliores ſunt ⁊ leuiores ⁊ ſubtiliores ſunt ſtantibus. Inter currētes autē currentes ſuper lutū liberꝫ a corruptiōe fetida vel aque imixta meliores ſūt oibus alijs eo ꝙ lutū tale ſemp purificat aquam: ⁊ p̄cipue ibi melior eſt vbi remota eſt a ſuo p̄ncipio: qa ibi bene eſt purificata leuior: tamē illaꝝ melior eſt: ⁊ hoc ꝓbat pōdere velut ſi duo pāni eq̄lis pōderis mūdi intingant: ⁊ poſtea exiccent vehemēter ⁊ tūc pōderent. Si eni tūc alter p̄pōderat hoc eſt ex grauiori aqua cui pānus ille intinctus fuit: cognoſcit autē aq̄ illa bibita qa cito ab hypocūdrijs hoc eſt a laterib⁹ ſub coſtis. Inter currētes etiā ſunt meliores que currūt ad oriētem ⁊ poſt hoc ad aqlonē: deide que ad occidētem ⁊ ille ſunt male: peſſime aūt que ad meridiem: hoc aūt ꝯtigit per accn̄s ex ventis imixtis eis: que faciūt eis q̄litatē iuuatiuaꝫ vel nociuā: hec eſt cā q̄re laudabilis ē aq̄ Nili qa lōge fluit ⁊ venit a meridie in ſeptētrionē: magis aūt laudabilis ē aq̄ Danubij que lōgiſſimū hꝫ fluxuꝫ ⁊ bonū fundū frequēter luteuꝫ incorrupti luti ⁊ fluit ab occidēte in orientē directo fluxu: ⁊ iō aīalia amantia lutū putridū ⁊ aquā viſcoſaꝫ ⁊ ſpiſſaꝫ nō viuūt in eo ſicͭ anguille ⁊ huiuſmodi. Poſt illas aūt ſunt aque currentes in arenoſis fundis bone ⁊ leues ad aqloneꝫ currentes ſicͭ ſunt Nilus in Egypto ⁊ Rhenus in Germania ⁊

Oues maxime alterabiles ſunt.

Oīa aīalia p̄ter hoīeꝫ variant in pilis ſꝫ cutē exigētiam.

Propter qd aque mōtiuꝫ aſſidue potate ſtrumas faciunt.

Nō q̄ expiſito cog̃ſci pōt grauitas ⁊ leuitas aquaꝝ

Propter qd anguille i danubio nō viuunt.

nia ⁊ poſt illas in bonitate ſunt aque fontium boni luti vel arenoſi fūdi. Male aūt ſūt aque puteoꝝ pp vapores terreſtres ſibi admixtos. Sʒ aque canaliū ſiue aqueductū in fiſtulis plūbeis peſſime ſunt: ⁊ p̄cipue quādo diu in plūbo currerunt: qa rude ↄ̄bunt a plūbo que aliqñ excoriāt inteſtina: ſtātes aūt male ſunt gn̄aliter: ſʒ tamē ſm̄ diuerſitatē loci in quo ſtant hn̄t plus ⁊ minus de nocumēto. Cauſa autē nocumēti in eis gn̄aliter eſt duplex. ſ. corruptio per calorē ſolis ⁊ quia ſpiſſe ſunt ⁊ graues: paludales aūt peiores ſunt in lacunalibus: cū autē lacunales male ſint qa ſtantes tū qa corruptuʒ ⁊ nō liberꝝ lutum hn̄t in ꝓfundo. Sʒ inter paludales ⁊ lacunales ille pre ceteris male ſunt que quādaʒ pellē ⁊ viſcoſitatem hn̄t in ſuperficie. ¶ Sed aque ſalſe calide ſunt ⁊ ſicce in genere aquaꝝ: ⁊ ideo p̄mo bibite mordicatione ſua aliquādo laxant: ⁊ poſtea per exiccationē ſtringūt idem qd̄ laxauerant. Inter aquas autē minerales ⁊ metallicas minus nocet illa in qua eſt aurū: cuius ſignū eſt qa in optimis aq̄s inuenit̄ auꝝ: ⁊ poſt hoc eſt illa in qua eſt ferrū ⁊ cōfortat interiora multū: peſſime autē ⁊ amare valde in q̄bus eſt cuprū: ⁊ ideo necat aialia ſicut piſces ⁊ vermes: aluminoſe aūt ſūt calide ⁊ ſicce vehemēter: ⁊ ideo ꝓhibēt curſum ſanguis vndecūq̄ʒ currant. Niuoſe aūt ⁊ glatiales ſunt ſpiſſe pp frigus qd̄ eſt in eis: ingeniuʒ autē quo ſpiſſa aq̄ ſubtilior efficit̄ eſt decoctio eius. ¶ Verꝝ eſt ꝙ quidam rudes in naturis dixerunt. ſ. ꝙ cum decoq̄tur aqua euaporat id qd̄ eſt ſubtilius ex ipſa ⁊ remanet id qd̄ eſt groſſum: ⁊ ideo dixerunt ꝙ aq̄ decocta groſſior ⁊ ſpiſſior eſt q̄ʒ nō cocta: hoc autē falſuʒ eſt: qa per coctionem nō inſpiſſat̄ corpus ſimplex ſʒ cōpoſitū. Simplex aūt totū efficit̄ per decoctionem rarius: ⁊ ideo aq̄ decocta rarior eſt: eſt autē purificabilior duab⁹ de cauſis: quaruʒ vna eſt qa natura calidi eſt cōgregare homogenia ſibi: ⁊ id̄o trahit partes aque de terreſtrib⁹: ⁊ diuidit eas ab eis que prius incōmixte fuerūt ſicut nos videmus ꝙ calor ignis fac̄ in argento ⁊ plūbo ⁊ ſeparat ea abinuicem ⁊ facit currere argentū ad vnū locum ⁊ plūbū ad aliū. Alia aūt cauſa eſt quia aq̄ cocta ſubtiliat̄: ⁊ ideo partes terreſtres magis poſſūt penetrare per ipſum vt deſcendentes in fundo reſideant: ⁊ huius ſignuʒ eſt: qa ſi aq̄ hauſta ponat̄ in vaſe per plures dies parꝝ eſt ꝙ inuenit̄ reſediſſe ex ipſa: ⁊ ſi decoquat̄ infra vnū diem vel vnaʒ noctem multū de terreſtri ſub̄a inuenitur in fundo eius. De aq̄ autē ſalis armoniaci ⁊ aliaꝝ mixtaꝝ naturis ſciendū ſemp ꝙ ſapiunt nām ei⁹ qd̄ miſcet̄ cū ipſis ⁊ ſalibus ⁊ arſenico ⁊ armoniaco ⁊ ſulfure vt dicemus in q̄rto libro huius voluminis dn̄o dante. Nunc autē que dicta ſunt de aquis ſufficiāt: quia illa que dici poſſent ex iſtis ſciri poſſunt ⁊ ad medicum magis pertinent.

No͂ de aquis diu fluētib⁹ p plūbeas ſiſtulas.

Propter q̄d aq̄ decocta ē rarior ⁊ magis pura.

¶ Incipit Liber Tertius Metheororum de impreſſionib⁹ ex vapore frigido ⁊ ſicco generatis.

¶ Tractatus Primus de Ventis.

¶ Cap. p̄m. Que Libri intentio ⁊ diuiſio.

In pho ā ſecūdo metheoroꝝ cap̄ 2° icipit. De ſpiritib⁹ aūt dicamus.

Poſtq̄ʒ nos in p̄cedēti Libro cōſiderationem fecimus de omnibus imp̄ſſionibus humidis ſiue in alto ſiue in imo gn̄atis ⁊ diximus ibi de eſſe maris ⁊ cām ſalſedis eius: relinq̄tur ergo iſto libro dicere ea que generant̄ ex vapore ſicco qui eleuat̄ de terra qui q̄dē triplex eſt. ſ. abſolutus vel inuolutus in vapore humido: ⁊ abſolut⁹ quidem eſt triplex. ſ. ſubtilis: ⁊ ideo aſcēdens aerē ⁊ impellēs eū ⁊ groſſus qui reſidet in viſceribus terre ⁊ ſubtilis q̄dē abſolutus pertingēs in aerē cū ibi frigiditate percuſſus fuerit facit vētos de q̄bus nos in iſto libro primū faciemus tractatum: groſſus aūt in viſcerib⁹ terre concluſus facit terremotū: ⁊ de illo faciemus tractatū cōſequentē: inuolutus vͦ i humido vapore facit coruſcationē ⁊ tonitruuʒ: ⁊ de illo in tertio loco tractatū faciemus: remanebit aūt vltimo dicēdum de iride ⁊ arcu lune ⁊ circulo lune ⁊ ſtellaꝝ quarūdā que nō ſunt ex vapore tm̄: ſed ex reflexiōe luminis ſupceleſtis corporis ſuper vaporē: nec oīno huiuſmodi ſunt ex vapore humido ſʒ quedā illaꝝ ſunt ex vapore ſicco: qa autē vētus ſm̄ maximū ſuū poſſe nō eſt eq̄liter in oīb⁹ ventis ſed ſm̄ maximuʒ poſſe eſt in vētis duob⁹. ſ. aq̄lonari ⁊ auſtrali. Id̄o p̄mo quedaʒ dicemus de illis: qa hoc eſt vtile quo ad cōſiderationeʒ nature venti in vniuſ̄i ꝓpter diuerſitates opinantiū de mā̄li p̄ncipio eius: qa q̄dam dicunt ꝙ ſit aer motus: ⁊ q̄dāꝙ aq̄: ⁊ q̄daʒ ꝙ vapor terreus: ⁊ alij ꝙ ſit aliqd̄ magnū corpus celeſte: vel aliud qd̄ violēter aerem impellit: hec eni͂ determinari non poſſunt niſi cōſiderer̄ nā eius in eo in quo p̄ncipaliter eſt: qa per illud ſcit̄ natura eius in oīb⁹ alijs: lʒ eni͂ de cōmuni prior ſit ſpeculatio q̄ʒ de ſpāli tamē quādo cōmune nō eſt vere cōe ſed per analogiā eſt de multis dc̄ṁ: tūc prior eſt ſpeculatio de eo de quo dicit̄ principaliter ⁊ ex illo ſcit̄ natura cōmunis que ſm̄ modum aliquem ſaluatur in alijs dicemus: ergo primo de duobus ventis aq̄lonari ⁊ auſtrali quedam: ⁊ deinde procedemus ad naturam ventoruʒ tangētes diuerſitates opinionum antiquorum circa eam. Nota

¶ Cap. 2m. De proprietatibus duorum ventorum auſtri et ſeptentrionis.

Auſter ḡ eſt vētus calidus ⁊ humidus flās flatu vehemēti: eſt autē nō a nā vaporis cū oīs vētus ſit ex vapore frigido ⁊ ſicco. Sʒ eſt calidus qa exitus flatus ei⁹ eſt p̄ncipiuʒ eleuatiōis mā̄e eius ex locis meridiōalibus que ſunt calida et ſicca ſm̄ nām: cū ḡ incipit flare ꝓpter locum ſit calidus: ⁊ qa calidum eſt aperitiuū ⁊ reſolutiuū reſoluit materiā vaporis paruā eo ꝙ locus eſt ſiccus vbi orit̄ nec multū humorē p̄ſtare pōt: precedēs aūt flatus cū eo qd̄ ſemp adheret ei plus ⁊ plus de colore loci per quē eſt ꝓceſſus flat⁹ eius inuenit locuʒ v̄ſus ſeptētrionem ſemp humidiorē: ⁊ ideo q̄r etiā ipſe plus ⁊ plus eſt calidus ex loco tunc aperit plus aq̄s ⁊ terram ⁊ attrahit cōtinue vaporē humidum ad pluuias ⁊ vaporem calidū ⁊ ſiccū quaſi ad nutrimētum ſui extrahit ex terra: ⁊ ideo efficit̄ ſemp vehemētioris flat⁹ ⁊ flat⁹ calidi et adductiuus pluuiarum ex nubib⁹ multis turbidis ⁊ ſpiſſis. Ecōtrario aūt ſeptētrio vētus eſt frigidus ⁊ ſiccus: eſt autē frigidus eo ꝙ orit̄ a locis aquoſis frigidiſſimaꝝ aquarum que perpetuo frigore generant̄ in aq̄lone vt in p̄cedēti libro mōſtrauimus: tales eni͂ aque minime euaporāt: ⁊ ideo ventus ibi ortus remanet ſiccus ⁊ purus: orit̄ ēt ex mōtib⁹ altiſ qui multū diſtant a nobis in ſeptētriōe: ⁊ illi ſunt mōtes frigidi ſub q̄b⁹ cōcludit̄ vapor terreus mult⁹ ⁊ quādo egredit̄ de terra egredit̄ multus ⁊ ſpiſſus diu ibi cōgregat⁹ ⁊ id̄o ē frigidus. Loca aūt ꝑ que flat nō ſūt calida: ⁊ ideo nihil adheret ei ex eiſdeʒ vaporib⁹ eleuatis ſʒ peruenit ad nos purus: egreſſio aūt auſtri nō eſt pura ſic iā diximus: ⁊ hoc pʒ ex ip̄o loco qui dr̄ lyminien ⁊ ex illo deſcēdit ad nos: loc⁹ aūt ille calidus eſt ⁊ turbidus: vn̄ vētus auſtri exiēs ex ipſo turbidus ⁊ craſſus quodāmō ⁊ pinguis aure ꝑuenit ad nos: ⁊ cōmonet pluuias eo ꝙ ipſe ex alto deſcendēs ad terras trahit ad ſe vapores humidos groſſos ⁊ turbidos qui ſūt mā̄ pluuiarū ſic dixim⁹: hec ēt cā q̄re frequētius pluuie multiplicantur in autūno vſq̄ʒ ad hyemis p̄n̄m ⁊ p̄cipue in extrema parte autūni: qa tūc calor meridiani feruoris ⁊ eſtiui qui combuſſit vapores in meridie remittit̄ ⁊ plus eleuat de vapore q̄ʒ conſumat: ⁊ hoc p̄cipue in extrema parte autūni ſic dixim⁹. ſ. qñ ſol eſt in Libra vltra mediuʒ ſigni Libre ⁊ in Scorpiōe: tūc ergo multiplicat̄ vapor vēti meridionalis: ⁊ hec ē vna cāꝝ quare ſapiētes i aſtris dicūt ꝙ Libra eſt ſignū vētoꝝ ſiue in quo dn̄atur vētus auſtralis: ex hoc etiā cā eſt ꝙ auſtro flāte tepeſcit aq̄ maris: qa vʒ multū adheret vēto iſti de humiditatib⁹ calidis quas imiſcet ſuperficiei maris: ⁊ ideo remittitur frigus eius ⁊ efficit̄ tepidum ex flatu auſtri calidi.

¶ Cap. 3m. De materia ventoꝝ in cōmuni ſm̄ Ariſto.

Quia aūt habitū eſt de vētis his qui ſunt precipui iter vētos anteq̄ʒ ꝑficiamus tractatum de eis dicamus de cōi nā ventoꝝ p̄mo oſtendēteſ de qua mā ſint ſm̄ veritatē: ⁊ poſtea tāgemus de hoc opiones diuerſas alioꝝ. Incipiētes autē de mā reſumimus hoc qd̄ ſuperi⁹ dc̄ṁ eſt in libro primo iſti⁹ ſcie ⁊ ſc̄do. ſ. ꝙ vaporis eleuati ab iferioribus elītis duo ſunt gn̄a. ſ. vapor humidus qui eleuat̄ ex aq̄ ⁊ vapor ſiccus qui eleuat̄ ex terra: vapor aūt ſiccus terre⁹ ſm̄ ſui diuerſitatē tria ſortit̄ noīa. Si eni͂ accipiat̄ mā que eſt in ipſo ſm̄ ꝙ ſup eā eſt actus efficientis cauſe ſue qui eſt calor adurēs tūc dr̄ fumus: qa fumus eſt ex terreſtri ignito euaporante: ⁊ ideo fumus eſt niger ⁊ denigrat corpora pp particu

las paruas terreſtres cōbuſtas que ferunt in ipſo. Si autē cōſideret ſubtile ſiccū qd eſt in vapore illo ſiue fumo tunc dr̄ eſtus: qa ſubtile terreſtre cito dat flāmā ⁊ cito incendit: ⁊ iō etiā ex illo ignes perpēdiculares ⁊ candele ⁊ aſſub gn̄ant ſicut in p̄mo hui⁹ ſcie libro determinatū eſt. Si aūt cā cōtinuitatis iſtius fumi cōſideret tūc dr̄ vapor: qa cōtinuitatē non h̄z niſi ab humido aqueo qd vaporat in ipſo lʒ vincat in eo nā terreſtris: ⁊ hec eſt cā triplicis noīs iſtius vaporis ex quo generat vētus: eſt eni in vapore vtroqʒ vterqʒ: qa in ſicco ē humidus ad cōtinuandū: qa terreū puruʒ nō ꝯtinuat ſʒ potius diſcontinuat: in vapore aūt humido ſiccus eſt ſm aliqd ſui terminādū ⁊ figurādū eū: qa aliter nō terminaret nec figuraret: cum aūt vterqʒ ſit in vtroqʒ cuʒ denoīatio ſit ab eo qd vincit in vapore: ⁊ ideo dicit nā venti vapor terreus: ⁊ nā pluuie dicit vapor aqueus: quia non poteſt eſſe ꝙ vapor ſit omnino elemēti ſimplicis eo ꝙ non eleuatur vapor niſi vbi contingunt ſe tria elementa: ⁊ ideo aliquid de tribus elemētis eſt in quolibet vapore. ſ. de aqua ⁊ terra ⁊ de aere.

¶ Cap. 4m. Et eſt digreſſio declarans cauſam efficientē oīum ventorum in cōmuni.

Cauſa aūt efficiens oīum ventoꝝ in cōi eſt ꝙ cū voluit ſol in orbe ſuo ⁊ radius ei⁹ directe opponit terre ⁊ appropinquat terre quātū eſt directa oppōne: tūc eleuat vaporē ex ea: ⁊ cum elongat ⁊ oblique reſpicit terrā tunc incipit vincere frigus in aere: ⁊ iō vapor eleuat⁹ percutitur a frigore ⁊ iſpiſſat ⁊ reſoluit i aquā: ſic vapor aqueus pp frigus qd ſup aerē dn̄atur eo ꝙ ſol elōgat ab ipſo nō qdeʒ quo ad ſpatiū qd ſit iter ſolē ⁊ terrā ſʒ frequēter ad obliqtatē radij qui icidit in terrā: ⁊ iō aque pluuiaꝝ vel niuiū ſiunt plus in hyeme ꝙ̄ in eſtate: qa in hyeme elōgat ſol quo ad motuʒ ſuū quē h̄ʒ in circulo ſignoꝝ: qa in hyeme mouetur in ſignis meridionalib⁹ que oblique nos reſpiciūt ⁊ plus diſtant a nobis ꝙ̄ ſigna aqlonaria: ſiūt ēt aque pluuiaꝝ ⁊ niuiū plus in nocte ꝙ̄ in die: eo ꝙ tūc ſol elōgat a terra noſtra habitabili quātū ad motū ei⁹ i circulo eqnoctiali: his aūt que dicta ſūt teſtificat ſenſus: tn̄ multotiēs ſit oppoſitū eoꝝ que dicta ſūt: ⁊ hoc eſt iō qa in nocte aliqn̄ eſt frigus ſparſuʒ in toto aere: ⁊ iō nō expellit ad nubē aquoſam que eſt in aere: in die autē calor per radiū ſolis iducit in aerē ⁊ frigus aeris ad locū nubiū expellit: ⁊ tūc ſit cōuerſio nubis in aquā per diē ⁊ nocteʒ vel ſit talis ꝯuerſio: ⁊ eodē mō eſt de hyeme ⁊ eſtate multotiēs ēt caliditas ſolis ⁊ ſtellaꝝ deſiccāt aquā ad terrā deſcendētē: ⁊ qn̄ ſic ſol feruet nō tm̄ deſiccat aquā reſoluēdo eaʒ in vapores: ſed ēt deſiccat terrā ex ſiccitate vehemēti reſoluendo eā in vaporeʒ: ⁊ ideo tūc eleuant ab habitatiōe terreſtri duo vapores: quoꝝ vnus eſt hūidus ⁊ p̄ſtat nām̄ pluuijs ⁊ aqs: ⁊ vapor alter eſt ſiccus qui eſt p̄n̄m oīum vētoꝝ ⁊ nā eorū: hoc aūt itelligēdū eſt de calore ſolis qui eleuat plus ꝙ̄ cōſumat de vapore. Si eni plus cōſumeret ꝙ̄ eleuaret tūc nec faceret pluuiā nec ventū. ¶ Demōſtratio aūt duplex docet ea que diximus: quaꝝ vna ē in ſenſu qa videmus oculis noſtris ꝙ caloris plus eleuātis ꝙ̄ ꝯſumētis talis eſt operatio. ¶ Alia aūt demōſtratio eſt per viā rōnis: ſcimus eni ꝙ a loco diuerſoꝝ elētoꝝ res eleuata nō pōt eſſe vnius nature ſʒ diuerſa eſt ſm diuerſitatē elēti a quo eleuat: eleuant autem vapores a loco aque ⁊ a loco terre: eſt g̊ vapor ab his duobus locis diuerſus: ergo etiā res generata ab iſtis diuerſis vaporib⁹ eſt diuerſa: ergo nā pluuie que generatur a vapore aque ⁊ nā venti que gn̄atur a vapore terre eſt diuerſa.

¶ Cap. 5m. Et eſt digreſſio declarās materiam ⁊ cām efficiētem ⁊ locum generationis ventorum: ⁊ ad ſoluenda dubia que dicta ſunt de eis.

Eſt aūt hic attendēdū ꝙ ſm ea que dicta ſūt vētus eſt vapor terreus aeris ſuperiora trāſcendēs: ⁊ aerē fortiter percutiēdo impellēs: cū aūt ſit de vapore ſubtili in genere ſuo: ſubtile autē natū eſt aſcēdere: vapor iſte petit altiora aeris ꝙ̄ vapor pluuie: huius aūt ſignū eſt: qa de ſubtilioꝛib⁹ vaporis terreſtris ſit aſſub cadens ſiue deſcēdēs: ⁊ caſus eius ſignat vaporē iā in ſublimi moueri ad partē illā ⁊ vētus deſcēdens ꝯtinue tūc flabit ad ptē eādē: aliud autē ſignū eſt: qd cōſiderauerūt naute maris: cū eni in ſublimi p motū nubiū apparēt oppoſiti vēti fortes dicūt ꝙ hoc ſignat tēpeſtatē pp vētoꝝ oppoſitū: qa tūc ꝓcelle nō hn̄t liberū effluxuʒ in mari. Sʒ poti⁹ due ꝓcelle ſe collidētes exalterantur ⁊ ſubruūt naues: in talib⁹ autē prenoſticant ꝙ frequēter vicit ſuperior vētus eo ꝙ ille fortior eſt ⁊ minus ſedabilis: qa humori minus eſt permixtus: lʒ aūt igniū in altiſſimo aeris generatoꝝ etiā ſit nā vapor terreſtris ſubtilis tn̄ differētia eſt in trib⁹ iter illū vaporē ⁊ iſtū: quaꝝ vna eſt in calore qui maior eſt in nā igniū ꝙ̄ ventoꝝ: ſcda in ſubtilitate ⁊ cōtinuitate: qa nā igniū magis eſt ſubtilis ⁊ minus cōtinua: ⁊ per cōſequens magis ab humido ſeparata ꝙ̄ nā vētoꝝ: nā autē vētoꝝ ecōtra minus ſubtilis eſt: ⁊ magis ꝯtinua: eo ꝙ hūido magis permixta. tertia aūt eſt quātū ad locū ſue gn̄ationis: qa vētus nō aſcendit vſqʒ ad eſtū: ſʒ potius vſqʒ ad ptē aeris frigidā: ⁊ ibi ſicut dicit Algazel frigiditate percutitur ⁊ ſpiſſat: ⁊ mouet ⁊ impellit aerem: ex quo ēt patere pōt: ꝙ vapor vēti nō congregat frigiditate interiori ſicut qdā dicunt ſed poti⁹ exteriori frigiditate loci pp quā etiā ſicut dicit Algazel impedit ne euadat ad ſuperius interſtitium aeris qd eſtus vocat: qd etiā ꝓbat ex hoc ꝙ vapor nullus eleuat niſi calido: ⁊ ideo ſi calor aeris circūſtantis obuiaret vapori amplius calefaceret: cum tamen interior calor iuuaretur a calore aeris exterioris: ⁊ ſic non inſpiſſaretur neqʒ congregaret neqʒ flaret. Redeamus aūt nunc ad dicta ſapientuʒ tāgētes de nā venti quecūqʒ opinati ſunt antiqui naturales.

¶ Cap. 6m. Et eſt digreſſio de improbatione Senece: de p̄ncipio ventorum.

Quidam ergo nālium dixerūt ꝙ ventus eſt aer mot⁹ qui quando quieſcit ſit aq̄: quando autē mouet tūc eſt ventus: hec aūt opinio lʒ parum tangat ab Ariſto. tamē multos habuit defenſores: quoꝝ vnus eſt Seneca in. 4. lib. nālium queſtionū. vbi videt dicere ꝙ vētus ē aer motus ad vnā partē: mouens aūt aereʒ eſt aq̄ fluminis vel vapor ab aqua eleuatus ⁊ in mōtib⁹ p̄mo interclusus: ⁊ deinde cū montes ipm capere nō poſſunt ad vnā partē vbi via liberior eſt euadēs: ⁊ in illā partē in aerē impellēs: huiuſmodi auteʒ ſignū dicit eē ꝙ vētus maxime venit ab illa parte vbi aq̄ruʒ ⁊ mōtiū eſt plurimū: qa plana lʒ abundent aqs tamē carent aura que vētū facere poſſit. ¶ Querit aūt quō talis flatus cōcipit quē greci vocāt eucolpiaʒ: ⁊ ad hoc dicit ꝙ qcqd ex ſe flumina ⁊ paludes emittūt multū eſt ⁊ aſſiduū: ⁊ hoc p diē a ſole cōſumit ⁊ nocte non exhaurit: hoc aūt qd amittit montib⁹ iclusum in vnā regionē colligit: ⁊ cū illā impleuit et iam ſe nō capit exprimit alicubi ⁊ in vnā ꝓcedit partē ⁊ hoc eſt vētus. Mouet aūt ad illā partē ad quā liberior eſt exit⁹. ¶ Huius aūt rei dicit eē argumētū ꝙ raro in p̄ma parte noctis vētus ſpirat. In p̄ma eni parte incipit fieri illa collectio ⁊ circa lucē matutinā iā plena eſt collectio illa: ⁊ addit ei ſtimulos ad flandū radius ſolis iferius ferēs gelidū ab aere: nā anteꝙ̄ ſol ipſe ſuper terrā appareat ſuper lumine ſuo in aurora valet imutare aerē: ⁊ cū nōdū adhuc directo radio impellit lumine p̄miſſo in aurora lateſcit ⁊ irritat aerē gelidū ⁊ cogit flare: cū eni ſol ipſe ꝓceſſit tūc vapores aquei aut ſuperius rapiunt per calorē eleuantem aut tēpore maiores ſolis vapores fundunt: ⁊ ideo non dr̄ flare vaporib⁹ illis vltra matutinū: ꝙ aūt vere flatus eſt vētoꝝ: ideo dicit eē Seneca ꝙ tp̄s illud aquoſuʒ eſt: ⁊ ideo maior eſt euaporatio: in eſtate aūt magis de nocte flant vēti: qa diurnus calor cōſumit vaporē. In nocte aūt aliqd remanet de vapore eleuato quē ꝓpter frigus noctis calor cōſumere nō pōt ⁊ ille ipellit aereʒ de nocte. Qd autē qdā dicūt ꝙ percuſſus a ſole vapor in latus cedit: ⁊ ideo flatus venti vt dicūt eſt ab illa parte vnde ſol percutit vaporē nō approbat Seneca eo ꝙ aura in oēm partē vehit etiā cōtra ſolē. Ex oībus autē his colligit Seneca ꝙ vētus diffinit ꝙ ſit aer fluens cū impetu in vnā parteʒ. hec enim diffinitio diligētior eſt ꝙ̄ illa: vētus eſt aer fluēs: qa nunꝙ̄ aer tā imobilis eſt ꝙ nō in aliq̄ ſit agitatiōe: qd pʒ ex hoc: cū ſol in aliquem clauſuʒ locū fuſus eſt videmus corpuſcula minima in diuerſuʒ ferri alia ſurſum alia deorſum: vnde ſicut nō eſt cauta diffinitio cū dixerit qs flatus eſt agitatio maris in vnā partē ſic nec in hac re ſi dicat vētus ē aer in vnā partē fluens aut aer fluēs ipetu: aut vis aeris in vnā partē euntis aut curſus aeris aliquāto cōcitatior. Ex oībus his verbis patet: ꝙ Seneca vult ꝙ illud qd ꝑcutit aerē vapor aqueus

Propter qd in eſtate venti magis flant i nocte.

por aqueus ſit collectus: ⁊ ipſe aer percuſſus ⁊ agitatꝰ ſit vē/
tus. Sed ꝙ hoc eē nō poſſit ꝓbat Ariſto. per hūc moduz: i/
preſſiones eni genere differētes differunt in cā māli ⁊ radice
pruine: pluuie ⁊ cetere impſſiones humide genere differūt
a ventis: ergo radix vnius genere ⁊ mā differt a radice alte
rius. Radix aūt impſſionū humidarū eſt vapor hūidus: ǵ
radix venti differēs eſt genere ab illo ergo erit vapor terreꝰ.
Adhuc ſi vapor humidus qui pcutit aerē ⁊ aer fluēs erit fla
tus vēti: tūc quādo multiplicaret̃ vapor humidus deberet
multiplicari vētus: deſcenſu aūt pluuiaꝝ multiplicat̃ vapor
humidus: qa neceſſe eſt terrā madefactā reſolui in nubes:
ergo in deſcēſu pluuiaꝝ deberēt multiplicari vēti: ⁊ hoc fal/
ſuz eſt: qa pluuia vna cā eſt p̃ciſionis vētoꝝ. ¶ Adhuc cum
duo ſunt inferiora elñta vaporātia vt ſupra ſepius ꝓbatum
eſt ex vapore terre nihil fieret: cōſtat eni ꝙ humana corpo/
ra nō fiunt ex vapore terre. Si ergo nec vētus fieret ex ipſo
ad nihil terra vaporaret. ¶ Adhuc in corporibꝰ aialium vi
demus vētoſitatē ſiccam terreā facere ventū ⁊ eē diſtinctaz
a ſuperfluitate humida: ergo ſimil'r ēt erit in mundo maio/
ri: videt̃ ergo ꝙ Seneca nō veꝝ dicat ⁊ hoc qdē eſt veꝝ ſicē
probatū eſt ꝙ vapor aqueus non ſit principiū venti. Utruz
aūt flatus vēti ſit aer expulſus ⁊ q̃re in aurora plus flat: ⁊ q̄/
re in vere ſunt plures flatus infra determinabitur.

¶ Caplm. 7m. De improbatione opinionis eorum qui dixe
runt ventum eſſe aerem motum ſm dicta Ariſto.

Icut aūt nos ſupra diximus qdā dixerūt ꝙ vē
tus eſt aer motus qui quādo qeſcit ſit aq̄: cuiꝰ
ſignum eē dicebāt duplex. ſ. qa frequenter poſt
vētū fortē ſequit̃ pluuia: ⁊ qa vētus ceſſat poſt
pluuiā: habebant eni ad hoc rōnes tres quaꝝ
vna eſt: ꝙ id qđ maxime mobile eſt ad latꝰiter
corpora ſimplicia eſt aer: in vēto aūt motꝰ eſt ad latꝰ. ¶ Se/
cunda aūt eſt qa aer eſt corpus qđ ipellit̃ a nube in flatu vē/
ti ſicut nos accipimus per ſenſuz: ⁊ ideo ēt in tonitruo ſcin/
dit aer corpora quādo fortiter a nube pcuſſus fuerit. ¶ Ter
tia vo accepta per experimētuz in operibus artis: qa nos vi
demus in ſufflatiōe follīū ꝙ nihil ipellit̃ ibi niſi aer. ¶ Ser/
mo autē iſte erroneus eſt. Si eni totiens eſt vētus quotiēs
aer mutat̃ in aquā: tūc etiam fieret ventus: quādo ecōuerſo
aq̄ mutat̃ in aerez qđ falſuz eſt: qa ſic in aliquo loco ſemper
eēt ventus. ſ. in meridie: ibi enim caliditas permiſcet̃ aeris
humiditati ⁊ alterat eā: ⁊ facit eā calidaz: ⁊ ſubtiliat partes
eius ⁊ cōuertit eaz in aerez: ⁊ ex hoc non poteſt eē ventus: qꝛ
ventus eſt ex vapore groſſo ſpiſſo fortiter aerem percutien
te: vnde ſermo eoꝝ qui dixerūt ꝙ ille aer qui ſit ex aq̄ quan/
do effundit̃ ⁊ mouet̃ eſt ventus: fundamētū nō hꝫ apud phi
loſophiā: phīa eni nihil ponit niſi ponat ei radicem ⁊ p̄nci/
piuz māle ⁊ efficiens ꝓprium. Dicēdo autē ꝙ ventus eſt ta
liter aer effectus ventus non habebit radicem ⁊ principiuz
proprium qđ ſciat̃ ex diffinitione illa: nec poteſt ſciri ex hoc
finis venti quare ceſſat aliquādo: ⁊ aliquādo flat: ⁊ ideo di/
ctum illud eſt incōueniens. ¶ Amplius autē in fluminū na/
tura eſt hoc videre: qa nos nō damus nomē fluminis cuili/
bet manationi aquaꝝ que poteſt fieri ingenijs hoīuz per ar
tificium: ſed damus nomen fluminis illi manationi tm̄ que
eſt ſm nām a radice indeficiente ⁊ determinata. Et ſil'r nō
dicimus ventum flatum aeris ſiue impulſuz cuius p̄ncipiū
eſt aliqua violētia vel artificialis aeris percuſſio: ſꝫ potius
illā impulſionē aeris dicimus ventuz impulſuz que eſt a ra
dice materiali ⁊ p̄ncipio efficiente proprio ex qbus hꝫ ma/
teriā: opꝫ ergo illā radicem eſſe non aerem vel aque vapo/
rem ſed ꝓpriaz. ¶ Amplius cuz ſurſum ⁊ in aere nō ſint niſi
duo corpora ſm genus. ſ. aer ⁊ vapor nō pōt ventus eē aer:
qa ſic eēt idem corpus impellēs ⁊ impulſum ⁊ vētus ⁊ radi
cem ꝓpriaz nō haberet: opꝫ ǵ ꝙ ſit vapor: vapor aūt aqueꝰ
nō eſt cum nō poſſit idē corpus eē duoꝝ differētiuz ſpecie cā
⁊ p̄ncipium: relinqtur ergo ꝙ ſit vapor terreus. Si aūt vel/
let aliquis dicere ſicut qdaz antiquiores opinati ſunt: ꝙ vē/
tus eſt aer impulſus ⁊ impellēs ipꝫ eēt corpus magne quā/
titatis qđ eſt vel celum vel aliud qđcunqꝫ corpus ſicut pars
aeris ſuperior que dicitur eſtus ꝓpter cuius impulſum mo
uetur aer: tunc oporteret ꝙ aer moueret̃ impulſu corporis il
lius: cum autem corpus illud circūſtet aerem inferiorem ad
oēm partem in omnem partem erit impulſus aeris ⁊ nō mo
uebitur ſitus aeris quidam ad latus vnum vel ad alteruz.
Qđ ſi concedatur ventus non habebit radicem propriaz ex
qua ſit materia eius in genere venti ſm naturaz: ſed erit ac
cidens aeris: ſequitur nihilominus ex hoc ꝙ ventus nō ſit
ad omnem partem determinate ⁊ diuiſim: ſed qa totus aer
impellitur ad mediuz ſui vel circulariter: ⁊ hoc nō dicimus
eſſe ventum: qa nos ſcimus ꝙ ventus habet principiuz ſui
eſſe determinatum ⁊ ad ſituz determinatū habet exufflatio
nem: hic ergo ſermo falſus eſt ⁊ nō cōueniēs phīe neqꝫ per/
tranſibilis per intellectū: qa intellectus querit cām venti ſu
per quā ſtet ⁊ iſte ſermo non dat talem cauſam eē venti.

¶ Cap̄. 8m. De radice ⁊ eſſe ventorum ſm veritatez: ⁊ de ſo
lutione dubiorum antiquorum.

Adix ergo vēti eſt ex vapore qui aſcēdit ex ter/
ra ſicut ante diximus ⁊ p̄ncipium eē eius eſt ex
eo: ⁊ mā eius eſt vapor talis qui eſt frigidus et
ſiccus ſubtilitate ſua aerē trāſcēdens ⁊ cum in
ſpiſſat̃ frigiditate aeris fortiter impellit aerē:
hoc autē ſcit̃ ex hoc: ꝙ quātitas vētoꝝ ⁊ nubiū
eſt ſm quātitatem vaporis aſcēdentis ex terra ⁊ aqua: qa ſi
multi ſunt vapores multi ſunt venti: ⁊ ſi pauci ſunt vapores
pauci ſunt vēti. Qđ autē recipit quātitatem a quātitate alte
rius. Illud māliter eſt ex illo: ergo vētus māliter eſt ex vapo
re terreſtri ad ſuperius aeris aſcēdente. ¶ Amplius multo
tiens videmus ꝙ terra multū ſicca exiſtēte ita ꝙ ꝯtinuatio/
ne quaſi caret ſed eſt puluis diſcōtinuus non eleuat̃ ventus
qa vapor cōtinuus ex terra eleuari nō pōt: ſed eleuat̃ tūc va
por humidus ex aqs ⁊ facit pluuiam que poſtq̄ꝫ terrā made
fecerit ⁊ puluerem cōtinuauerit vaporat terra: ⁊ tunc venit
loratum in nullum agit ſenſuꝫ niſi in viſuꝫ: ſonus aũt in au/
ditũ ⁊ nõ in alium ſenſum: aliud aũt eſt ſenſatũ qđ ideo per
ſe ſentiri diciť: qa ſua intentio in ſenſu imprimiť ꝯiũcta ſen/
ſibili ꝓprio: ⁊ hoc eſt ꝓpriũ ⁊ primũ ſubm ſenſate ſpeciei qđ
eſt magnitudo in qua vt in ſubiecto ꝓprio eſt oĩs q̃litas ſen
ſibilis. Et ꝓpriũ qdeꝫ ſubm ſenſibile duo hꝫ in ſe que faciũt
ipm ꝓpriũ: vnum qdẽ dcm̃ eſt: ꝙ. ſ. nõ cõuenit ipꝫ altero ſen
ſu ſentiri: niſi illo cuius eſt ꝓpriuꝫ actiuũ inferens ei paſſio/
nem: ⁊ cũ nõ agat in ſenſum niſi intẽtionẽ ꝓprie forme: ſeq/
tur ꝙ ſenſuꝫ nõ ꝯuenit errare circa ꝓpriũ ſenſatũ. Diciť au
tem ſenſatum ꝓpriũ duobꝰ modis: vno qdẽ mõ ſm ꝙ eſt in
re ſenſata in qua eſt ſm eẽ mãle: alio aũt mõ ſm ꝙ eſt rece/
ptum in organo ſenſus: ſm enim ꝙ eſt in re non ſemper iu/
dicatur de ipſa: qa etiã per hoc eſſe non habet agere in ſen/
ſum: ſicut nos iferius oſtẽdemus: ſꝫ ponamus ꝑ eẽ qđ hꝫ in
abſtractione ſm qđ eſſe primũ eſt in medio: ⁊ poſtea in ſen/
ſus organo: ⁊ multe variationes poſſunt fieri circa eſſe ſuũ
qđ habet in abſtractione taꝫ in medio q̃ꝫ in organo: quoniã
ſi ꝯtingat aerẽ qui eſt mediũ in viſu eẽ humidũ multũ forte
videbiť albũ eẽ ꝑfuſuꝫ rubore vel croceitate: ⁊ ſi forte pupil
la ſit infirma ex humore in oculũ defluẽte alterabit eẽ colo/
ris qđ hꝫ in abſtractiõe: ſicut diximus in tertio methauroꝝ
in tractatu de iride: ⁊ hec nõ ſunt error ſenſus in ſenſibili ꝓ
prio: quoniam ſenſibile ꝓpriuꝫ reuera tale eſſe habet in ab/
ſtractiõe: lꝫ nõ habeat tale eſſe in ſubiecto in quo eſt ſm eſſe
materiale qđ hꝫ in mã: patet igitur ſenſuꝫ circa ſenſibilia ꝓ/
pria non errare: ſic enim eſt viſus coloris ⁊ auditꝰ ſoni: ⁊ gu
ſtus ſaporis qui humor a grecis vocatur eo ꝙ in hũido ſem
per ſentiť: tactus autẽ plures hꝫ differẽtias que nõ ad vnuꝫ
proprie rõnis genus reducunť: tñ in vnaquaq̃ꝫ iudicat de il/
lis ⁊ non decipiť. In cõpoſitiõe tñ ſenſibiliũ magna frequen
ter eſt deceptio: ſicut qdẽ eſt qđ eſt coloratũ vt crocũ ſit mel:
aut cholera citrina: aut vbi eſt coloratũ: aut quid eſt qđ ſo/
nat: aut vbi ſonat: ⁊ ſic de alijs ⁊ huius cauſa vt infra dice/
mus eſt: qa ſenſus ꝓprius nõ hꝫ componere: ſꝫ aliqua ſupe/
rior potentia: ⁊ illius eſt error: hec igitur ſunt ſenſata ꝓpria.
¶ Cõmunia aũt ſicut diximus quoꝝ eſſentie vel eſſe ſm in Tex. ⁊ cõ. 64
tẽtiones ſuas vere ſenſibus imprimũtur: ⁊ ille ſunt ſicut ma
gnitudo in qua ſunt ſenſibilia: ⁊ cuꝫ magnitudo ſit terminꝰ
nãlis corporis ⁊ terminata quãtitas ſit figura: opꝫ ẽt figuraꝫ
eẽ ſenſatũ cõe: trigonũ enim vel quadratuꝫ eſt qđ iprimiť in
oculo in vidẽdo ⁊ tactui in tãgendo: qa aũt numeꝝ cognoſci
mus diuiſiõe ꝯtinui: ⁊ ꝯtinui eſt eſſential'r diuidi: iđ opꝫ nu
meꝝ etiã eẽ ſenſatuꝫ cõe: magnitudo autẽ nõ diuidiť ſolum
per eẽntiã: ſed ẽt per motũ eo ꝙ motus nõ hꝫ añ ⁊ poſt niſi ꝑ
ante ⁊ poſt in partibꝰ magnitudis: ⁊ ideo opꝫ ẽt motũ eẽ ſen/
ſatũ cõe. Et qa oppoſita ſunt eiuſdẽ potẽtie: ideo ẽt eſt ſenſa
tum cõmune: ⁊ ſic igiť ſunt quinque cõmunia motꝰ qes nũe
rus figura ⁊ magnitudo: nec dicũtur iſta cõmunia eo ꝙ qđ/
libet

---

Apphẽſio vl'r loquẽdo q̃tuor hꝫ gradus.

Forma rei et rei itẽtio differunt.

Quõ pulchre ⁊ ſubtil'r ponderauit dictũ phi. 2. de aia t. cõ. 60. dicẽs ſenſus eẽ particularium.

Nõ illas tres ꝯditiões poſitas a Themiſtio i. 2. de aia ſup textu cõmẽti pñtis.

libet eoꝝ equaliter ab omni ſenſu percipiat: ſed q2 qõlibet iſtoꝝ ꝓbat percipi pluribꝰ ſenſibꝰ ⁊ nõ vno ſolo ſenſu: qm̃ in veritate motus ⁊ qes ⁊ numerꝰ oĩbꝰ ſenſibꝰ pcipiunt: ſȝ quãtitas ⁊ figura tactu ⁊ viſu. Iſta aũt ſenſata cõia dicunt per ſe ſenſata ſm ꝙ p ſe opponit ad id qõ eſt p accidẽs: ⁊ nõ ſic ſm ꝙ p ſe opponit ei qõ eſt nõ primo. Impoſſe enim eſt ꝙ idem paſſiuũ numero habeat actiua diuerſa ſm genus. Cõſtat aũt ꝙ color ⁊ magnitudo diuerſa ſunt genere: ⁊ iõ ſenſatũ ꝓpriũ eſt qõ agit in ꝓprio ſenſu: ⁊ hmõi ſenſatũ magnitudinẽ hȝ ⁊ figurã ⁊c̃. ideo recipiunt etiã illa nõ p accidẽs: ſed ꝓprie eoꝝ

Tex. ⁊ cõ. 65.

intẽtiones imprimunt in organo ſenſus. ¶ Sed ſȝ accidẽs ſenſibile eſt ꝙ ꝓpriã eſſentiã in ſenſuȝ nõ iprimit: nec primo: nec ſecũdo: ſed cũ ſenſibili ꝓprio ⁊ cõmuni accipit ⁊ non ſine extimatione vel cogitatiõe: ſicut ſunt intẽtiones de qbus in tertio gradu abſtractionis dixim⁹: ſic ꝙ hoc albũ eſt Diarij filius: vel hoc nigrũ eſt amicus vel homo vel aial: ſicut videt ouis ꝙ hoc piloſum eſt lupus: ⁊ hoc piloſum eſt canis: ⁊ vnũ extimat amicũ ⁊ alteꝝ inimicum: ſm aũt hanc doctrinã cognoſcit diſtinctio ſenſibilium que ſm quorũdã malã doctrinam valde eſt ⁊ manifeſta: ſed errores talium trãſiuim⁹ breuitatis cã cui ſtudemus: in hoc enim ꝙ tale eſt qõ ſm ſe nihil de intẽtione ſue eſſentie imprimit in ſenſum: ſm ſe ſentiri nihil põt: ſed ſentiri per accidẽs: q2 albo accidit ꝙ ſit ei cõiunctum: ⁊ ideo organuȝ ſenſus a tali ſenſibili nihil patitur omnino: q2 natura hoĩs nõ eſt ſenſibilis per ꝓpriã eſſentiaȝ: ſed intelligibilis: ſm ſe aũt ſentiunt que intentiones ꝓprias imprimunt in ſenſuȝ: ⁊ hec ſunt ad que ipſa organa ſunt vel habent apta nata ex primis ſuis componentibus.

¶ Cap. 6ᵐ. Et eſt digreſſio declarans vtrum ſit aliquod mouens vnum in ſenſibilibus: ⁊ eſt de duplici eſſe ſenſibilis qõ ſit in materia ⁊ in abſtractione.

NUnc autẽ redeundũ eſt ad queſtionẽ quã ſuperius reliquimus vtrũm exteriora ſenſibilia habeant vnũ ⁊ eundeȝ aliquẽ motorẽ qui agat in eis ꝙ efficiant intẽtiones ſenſibiles: ſicut intellecta habẽt vnũ ⁊ eundẽ motorẽ qui eſt itellect⁹ agens qui agit in eis intẽtionẽ intellectualem: hoc enim ↄſideratiõe dignũ eſt: ⁊ eſt queſtio quã tãgit Auerrois: ⁊ dimittit inſolutã. Fuerũt aũt qdã modernoꝝ magne auctoritatis qui hec cõceſſerũt ꝓpter preinductã rõnẽ aſſerentes ꝙ omne ſenſibile qõ inuenit in oĩbus ſenſibꝰ eſt vnum in eo ꝙ eſt intẽtionale ⁊ ſpirituale ⁊ nõ materiale: vnũ auteȝ in multis participatũ neceſſe eſt ab vno cauſari: hoc aũt nõ caſu illud mouet ad aliud vel illud: opȝ igitur aliquẽ eſſe motorem qui mouet ad hoc eſſe in oĩbꝰ ſenſibꝰ. ¶ Adhuc aũt manifeſtũ eſt formã ſenſibilẽ ſm eſſe mãle eẽ in re ſenſata extra animã: ⁊ rem: ⁊ ibi rem afficit ſua qualitate: ſm aũt hoc eſſe: nõ eſt in medio: nec ẽt in aĩa: q2 ſi color eẽt in aere ſicut in colorato oporteret ꝙ videremus aerẽ eſſe coloratũ: ⁊ oculuȝ eẽ coloratũ colore quẽ recipit: ⁊ huius cõtrariũ videmus: ergo ſm aliud eẽ eſt in abſtractione ꝙ̃ in mã ꝓpria: aliqd igit cõfert ei eſſe illud: ⁊ illud erit mouens ipm̃: qm̃ in re nõ eſt abſtractum ſenſibile niſi potẽtia: ⁊ id qõ eſt in potẽtia nõ educit ſeipſum ad actum: ſicut ante diximus de viſibili ſicut eſt de alijs ſenſibilibꝰ: opȝ igitur ipm̃ habere vnũ aliquid mouẽs. Adhuc aũt phantaſmata ſunt maioris ſimplicitatis ꝙ̃ ſpẽs ſenſibilis in mã: ⁊ tñ oportet phantaſmata habere mouens ad hoc ꝙ efficiant in itellectu poſſibili: oportebit igitur etiã ipſa ſenſibilia habere aliqd mouẽs ad hoc ꝙ abſtracta efficiantur in ſenſu. Iſte igit ⁊ ſimiles rõnes ſunt que iduxerũt multos de noſtris doctoribꝰ ꝙ dixerũt vnum eſſe mouẽs in oĩbꝰ ſenſibꝰ: ſed cũ debuerũt ſpecificare qd eſt id diuerterũt duas in vias: quidã eniȝ dixerũt hoc eſſe lucẽ: ꝓpter qnque rõnes potiſſimas quaꝝ eſt vna: q2 cũ mouẽs in oĩbus ſenſibus debeat eſſe vnũ ⁊ idem: ⁊ videt lumẽ eſſe motiuũ in ſenſu viſus: dicunt ipm̃ oportere eẽ motiuuȝ in oĩbus ſenſibus. ¶ Alia aũt ratio eſt: q2 dicũt lumẽ a luminoſo corpore pyramidaliter ⁊ circulariter diffundi: circularẽ aũt multitudineȝ videt in oĩbꝰ ſenſibꝰ: q2 intẽtiones ſenſibiles circa rem ſenſatam ad equalẽ diſtantiã circulariter vbiqȝ generant: ⁊ taleȝ motum in inferioribꝰ nõ dicunt eſſe niſi luminis. ¶ Tertia aũt eſt: q2 vident ꝙ nulla qualitas inferioꝝ corpoꝝ agit vniuerſaliter ſed particulariter vnũ ⁊ nõ aliud: niſi forte per accidẽs: lumẽ aũt qõ eſt forma celi qõ eſt corpus vniuerſaliter omnia inferiora mouens dicunt oportere eſſe cauſaȝ vniuerſalis actionis in intẽtionibꝰ ſenſibilibus. ¶ Quarta aũt eſt: q2 vident lumẽ eẽ in mãlibus ⁊ ſpiritualibꝰ vt formã ⁊ ideo dicunt ſuũ eſſe ꝓpriũ ꝙ cõferat forme materiali ꝙ fiat itentio ſpiritualis. ¶ Quinta aũt eſt que ⁊ precipua eſt cui innituntur: q2 videt ſenſibiliũ eſſe mãle: cauſari a qualitatibꝰ elementoꝝ: ⁊ ideo nullã eẽ qualitatẽ elemẽti que agat in ipſo intentionẽ ſpũalem: nec põt dici ꝙ ſit a ſubiecto in quo generatur illa intẽtio. ſ. ꝙ ſit ſubm̃ nõ ſit aptuȝ natuȝ ipſam recipere niſi in eẽ ſpũali: q2 ſicut ſupra diximus diuerſitas ſubiecti potius eſt a diuerſitate agentis ⁊ forme ꝙ̃ ecõuerſo: opȝ igit ꝙ ſit ab aliqua forma agẽte corporis ſupioris: ⁊ corpus celeſte nõ agit in iferiora niſi per lumẽ: igitur lumen eſt qõ in oĩbus ſenſibilibꝰ agit intẽtiones ſpũales. ¶ Alij aũt antiqores his dixerũt ꝙ virtus aĩe eſt agens eas intẽtiones ſpũales: ⁊ iſti ſunt qui dixerũt potiſſimã virtutẽ ſenſus eſſe actiuã ⁊ nõ paſſiuã: quoꝝ rõnes in parte ſupra poſuim⁹: de hoc aũt qõ hic dicũt quatuor aſſignãt rõnes aliqd ꝓbabilitatis hñtes: ſm ꝙ in eoꝝ dictis põt deprehẽdi quas tãgit Auicẽna phs: ⁊ Alpharabius ⁊ qdã alij: dixerũt enim iſti nõ eẽ intẽtionẽ niſi ei qõ iudicat de intẽtionibꝰ: hoc aũt eẽ aĩam: ⁊ ideo neceſſariũ eſſe aliqd aĩe eſſe qõ ↄferat forme ſenſibili eſſe intẽtionis: ⁊ ideo dixerunt aĩam habere ordinẽ ad omne id qõ inſtrumẽtaliter obſequit ei: ⁊ cũ medium in ſenſu ſit ꝓpter ſenſuȝ: dicunt aĩam hẽre virtutẽ agendi in mediũ: ⁊ taliter ſit ſm eos illud ꝙ virtꝰ ſenſibilis egredit ſpũaliter ⁊ ſupponit ſe ſenſibili ⁊ cõfert ei eẽ quaſi icorporeũ ⁊ quaſi ſpũale quo in aĩa effici poſſit. ¶ Scd̃a ṽo ratio eoꝝ eſt ꝙ in oĩbus cõmunicãtiã habẽt agens ⁊ patiẽs: incorporeũ aũt patiẽs cũ corporeo agẽte nullã oĩno hȝ cõmunicationẽ: ⁊ ideo cũ aĩa ſit ſenſibile ſuſcipiẽs: dicũt etiã oportere ꝙ aliqua virtus aĩe ſit ipm̃ agẽs. ¶ Tertiã inducunt rõnem dicẽtes aĩam eſſe magis actiuaȝ ꝙ̃ aliquã formã corporeã: ⁊ cũ forma corporis agat imprimẽdo ſpẽm ſuã in mã ſibi cõiuncta: multo fortius erit verũ virtutes aĩe ſenſibilis quaſdã eſſe actiuas: qua aliqd de ſpecie aĩe influunt obiectis aĩe: vt poſſint effici in ſenſibꝰ: dantqȝ ſimile hmõi ꝙ virtutes vegetabilis aĩe nunꝙ̃ aduniunt de cibo corpori cui primo nõ influxerũt aliqd de ſpecie aĩe p quã vniri poſſit corpori: nec eẽ minus actiuã dicũt ſenſibilẽ ꝙ̃ vegetabilẽ: ſed multo magis. ¶ Quartã aũt ponunt rõnẽ: q2 dicunt ſentire ⁊ iudicare de ſenſibꝰ eſſe opationẽ quandã vite: hec aũt operatio nõ põt fieri ab aliqua forma corporali: ſed ab aĩa ipſa. Cũ igit ſenſibilia ſm eſſe intẽtionale ſint ſpecificantia illas opationes ⁊ formalia in ipſis ⁊ agentia: opȝ ꝙ illud eſſe egerit in ipſis aliqd aĩe que eſt pricipiũ ⁊ cauſa vite. ¶ Nos aũt ſimplr nãlibꝰ inſiſtẽtes hec oĩa falſa reputam⁹: ⁊ tam illud falſum dicim⁹ in quo ambe ſecte ↄueniũt: ꝙ̃ illud in quo differũt: dicimus eni nullo mõ fore neceſſe vnã eẽ cãm multitudinis q̃ eſt in multis q̃ ſm vnã rõnẽ nõ eſt in eis: ſed ſm rõnes equocas: eẽ aũt intẽtionale ⁊ ſpũale nõ vna rõne ẽ in ſenſibꝰ: q2 vnũ eſt multo ſpũalius alio: q2 vnũ afficit ⁊ mediuȝ ⁊ organũ ſm eẽ mãle agens in ipm̃: ſicut eſt in obiectis tactus: ⁊ ea que hñt idem mediũ ſicut viſibilia ⁊ audibilia ⁊ odorabilia nõ hñt illud mediũ ſm vnã ⁊ eandẽ nãm medij: ſed ſm diuerſas ſicut iferius oſtẽdemus: ⁊ nõ vniꝰ rõnis eſt eſſe qõ hñt in ipſo medio: q2 ſpiritualius eẽ eſt coloris in medio ꝙ̃ ſoni: ⁊ iteꝝ ſpũalius eſſe eſt ſoni in medio ꝙ̃ odoris: ⁊ ideo vẽtus nõ aufert vel affert colores ſed obtundit auferẽdo ſonos in parte ⁊ non in toto: odores autẽ ⁊ affert ⁊ aufert in toto ſicut dicit Auicẽna: ⁊ veritas pro experta atteſtat: cõcedendũ aũt eẽ videt ꝙ aliqñ ⁊ in qbuſdã ſenſibꝰ qui. ſ. ſunt per mediũ extrinſecum ſenſibile ſm aliud eſſe eſt in re ſenſata: ⁊ ſm aliud in medio ⁊ in organo: ſed hoc eſſe in nullis pluribus ſenſibꝰ eſt vnius rõnis. Et ſi querit qd cõferat ei hoc eſſe: videt mihi ſtulta queſtio: q2 nos ſupius oſtẽdim⁹ oẽm virtutẽ actiuã eſſe per ſe pfectã ad agendũ ſine aliquo motiuo extrinſeco: ⁊ iõ dico ꝙ forma ſenſati per ſeipſam generat ſe in medio ſenſus ſm eſſe ſenſibile cuius neceſſaria demonſtratio eſt ꝙ ab oĩbus phĩs ⁊ ab ipſa veritate cõuincit per ſe ſenſibile eſſe qõ in ſecũdo modo dicendi p eſſentiã ſuã eſt cã ſui eẽ ſenſibilis: ⁊ ideo fruſtra querit qd ↄferat ei illud: ſicut ſi querit quid ↄferat luci lucere ſm actuȝ: ⁊ qõ dicit ꝙ id qõ eſt in potentia nõ educitur in actum niſi ab eo qõ eſt in actu nõ eſt dictũ niſi de eo qõ eſt in potẽtia eſſe materialis: ⁊ non

Nõ mota ab Auerroi. 2. de aĩa. cõ. 60. Sȝ non ſoluta ab ipſo. 3.

Prima opio dicẽtiũ lucẽ eẽ primũ motorẽ reſpectu oĩum ſenſibiliũ ſpẽꝝ

Scd̃a opio ponẽtiũ ſenſum agẽtẽ in aĩa.

Opio Alberti maxie ſenſata.

Stulta eſt qõ qd ↄferat eſſe ſpũale forme i medio pp duplicẽ rõnẽ hic tactam.

de eo qđ eſt in potētia eſſe formalis ⁊ efficiētis: eſſe eniꝫ ſpiri
tuale generať a re generāte tm̄ ſm formaꝫ de qua actione in
hui⁹ capl'i ſequētib⁹ ꝓſequemur: ⁊ bene ꝓcedimus ꝙ nō eſt
cōgruū ꝙ dicať eē a ſubto ſpūaliter: qꝛ eē intētionale qđ ē in
medio: eſt multo ſpūalius ꝙ̄ ipſe aer ſit vel ꝙ̄ ſit ipm̄ celum.
Hoc aūt qđ inducūt pro ſiľi de phantaſmatib⁹ mouētib⁹ in
tellectū oīno diſſimile eſt: qꝛ que eſt i phātaſmate nō pōt da/
re eē itellectuale eo ꝙ eſt multo ſimplicius ꝙ̄ ipſa: ⁊ ideo idi
get motore ad hoc eē abijciēdū. Forma autē corporalis ꝑ ſe
agens nihil ſupra ſe cōfert qñ ꝯfert eē intētionale ſicut infe
rius oſtēdemus. ¶ Opinio aūt que dicit hoc eē lumen oīno
ridiculoſa eſt: qꝛ q dicit lumē eē in tenebris idiget ſenſu: ⁊ tm̄
ſcimus multa ſenſibilia equaliter diffundi in tenebris ⁊ i lu/
mine. In oīb⁹ aūt ſuis rōnib⁹ hec opinio fere ſyllogiȝat ex pu
ris affirmatiuis in ſcđa figura. ¶ Qđ aūt iſti dicūt ꝙ lumen
moueat colorē: ⁊ ꝯferat ei eſſe ſpūale oſtēdemus falſum eē in
ferius vbi de viſu loquemur: ibi enim oſtēdem⁹ ꝙ color ꝑ ſe
eſt motiu⁹ viſus: ⁊ ꝙ lumē nō exigiť ꝓpter colorē: ſed ꝓpter
mediū: ⁊ ꝙ ſenſibile circulariter generať: dicēdū ꝙ accidit ei
per accidēs eo ꝙ mediū recipiēs ipm̄ circulariter circūſtat:
qđ ſi nō circulariter circūſtaret nō diffunderet circulariter.
¶ Qđ aūt dicunt nullā formā inferiorē vľr agere: falſum eſt
oīno: qꝛ oīs forma inferior vľr ⁊ nō particulariter agit ⁊ mul
tiplicat ſeipſam: ſic forme ſenſibiliū ſe vľr agunt: ⁊ nihil vnū
⁊ idem agit oēs. ¶ Ad hoc aūt qđ dicūt in māľib⁹ eſſe aliqd
qđ ꝯfert forme eē intētionale: dicendū ꝙ forma que eſt in re
aliqñ agit per qualitates māe in qua eſt: ⁊ tunc agit māľiter.
Aliqñ aūt agit per ſe ſolam: ⁊ tunc agit imāľiter: qꝛ ⁊ ipſa eſt
eēntia imāľis ꝑ ſeipſam: ⁊ nō indiget in iſta ſcđa actione niſi
ſe ſola. In prima aūt indiget alia ꝙ̄ ſeipſa. Et ideo oīno op
poſitū eius eſt: qđ ſupponit ratio illa ab illis inducta: qđ aūt
vlterius inducūt eē ſpūale nulla elemētoꝝ qualitate cauſari
veriſſimū eſt: ſed nos oſtēdimus vnde cauſať. ¶ Opinio āt
ſcđa multo ꝓbabilior: lꝫ modernoꝝ pauci teneāt eā: erat eni
illa Platonis ⁊ etiā Auguſtini: ⁊ multoꝝ alioꝝ magnoꝝ vi/
roꝝ: tm̄ ſine preiudicio aut ego nō itelligo eos: aut ipſi falſuꝫ
dixerūt. Qđ eniꝫ dicunt virtutē ſenſibilē egredi ⁊ ſupponere
ſe ſenſib⁹ ꝓpter vniuerſalē ordinē quē hꝫ ad ipſam: intelligi
nō pōt niſi ſicut egrediť virtus a magnete ad ferrū: ⁊ in veri
tate ita dixerūt: ⁊ pro ſe induxit Plato oculos faſcinationis
vbi virtus egrediť ab vno faſcinādo ipm̄: ſed hoc falſuꝫ eſt:
qꝛ virtus illa nō egrediť niſi i ſuo vehiculo qđ eſt ſpūs: mul/
totiens aūt ſpūs nō poſſent extendi vſqꝫ ad ſenſibile qđ mul
tum diſtat aliqñ ⁊ precipue in viſu ⁊ odoratu quorūdam ani
maliū: p̄terea etiā ſicut dixit Auicēna ſpūs egreſſus a corpo/
re diſſoluiť ſtatim ⁊ cōtinuať aeri: diſſoluiť igiť etiā virtus ⁊
peribit. ¶ Qđ autē dicūt ꝙ cōmunicantiā hn̄t ⁊ agens ⁊ pa/
tiens veꝝ qdē eſt: ſed nō opꝫ ꝙ habeāt cōmunicantiā: ita ꝙ
ſint eiuſdē nature ⁊ eēntie: ſed ꝙ habeāt ꝓportionē adinui/
cē ſicut ꝓpria mā ad ꝓpriā formā: ⁊ ꝓpriū agens ad ꝓpriuꝫ
patiēs: ⁊ ſic cōmunicātiā habēt forma ſenſibilis agens ⁊ ſen/
ſus patiēs: in eo ꝙ ſicut ſenſus ſpūaliter patiť: ita etiā forma
ſenſibilis ſpiritualiter agit in ipm̄. ¶ Et qđ dicunt aīam ſen
ſibilem eē actiuā ſupra oſtēdimus eē falſum: nec opꝫ aliquo
modo illud fore veꝝ ꝙ lꝫ agens honorabilius patiēte ꝙ hoc
agens ꝓpter hoc ſit honorabilius hoc patiēte: ⁊ qđ dicūt de
aīa vegetabili ſupius eſt determinatū. ¶ Qđ aūt dicunt ſen
tire eē opus vite: ⁊ in illo eſſe formalē ſpēm ſenſibilē: dicēdū
ꝙ ſentire eſt opus vite ſm ꝙ egrediť ab aīa ⁊ nō ſm ꝙ ſpeci
ficať a forma ſenſibili: nō enim ſpecificať ab ipſa forma ſen/
ſibili in ſpēm vite: ſed potius ad notitiā rei exterioris habē/
dam. ¶ His habitis opꝫ nos determinare qualiter a ſenſi/
bili fiat hmōi actio: qꝛ aliter in incerto dimitteremus. Dici
mus igiť ſequēdo directe peripatheticoꝝ ſniaꝫ qui dicūt cōi
ter ꝙ cū diciť ſenſibile eē per ſe ſicut color ⁊ odor ⁊ ſonus hu/
iuſmodi ꝙ hoc eſt ſm ſcđm modū dicēdi per ſe in primo po
ſterioꝝ determinatū: ⁊ hoc eſt qñ ſubm eſt cā predicati: ſicut
qñ diciť homo riſibilis vel diſciplinabilis: opꝫ igiť ꝙ color ⁊
odor ⁊ ſonus ⁊ cetera ſenſibilia ꝑ ꝓprias opationes aut eēn
tias cā ſint ſenſibilitatis ⁊ ſenſus ſm actum facti: nō ergo ad
huc hn̄t motiuū aliqđ extrinſecū: dicimus aūt aliud eē agēs
formā in mā: ⁊ aliud agens formas tm̄: agens enim formaꝫ
in mā in qua ipſa ligata cū mā hꝫ eſſe māle eſt agens qđ trā/
ſmutat mām ſicut calidū frigidū humidū ⁊ ſiccū: agēs auteꝫ

Impugnatio ꝑme opionis ⁊ ſolo ad rōnes illius.

Nō qūo ꝑ accidēs ſenſibile ꝓducit ſuā itētionē circulariter i medio.

Qualr̄ i actione ſpūali for° ſe ſola agit: ſed ꝯſidera qꝛ hoc videť dubium cū actiōes ſint ſuppoſitoꝝ.

Impugnatio 2° opionis ⁊ ſolutio ad rōnes illius.

Qualis dꝫ eē cōmunicantia iter agēs ⁊ patiens. 3.

Modus poſitionis ꝓprie.

formā tm̄ nō eſt agens māle: ſed potius ipſa forma: ⁊ ſic agit
ſe per hoc ꝙ ipſa eſt eēntia ſimplex ſuiipſius multiplicatiua:
⁊ ſic oīs forma multiplicat intētionē ſuā: ⁊ cū forma ſit eſſen/
tia ſimplicior omni corpore nō pōt iueniri aliqua forma cor/
poralis que poſſet ei eē intētionale ꝯferre: ⁊ qꝛ qdam ignora
rūt ꝙ forma in eo ꝙ forma ſic multiplicat ſe: dixerūt ꝙ opor
teret eā habere agens p̄ter ipſam. Et qdā exiſtimabāt pro/
pter hoc ꝙ forma ſimplex: ⁊ ſic agendo ſe quaſi efficiť vbiqꝫ
eſtimabant ꝙ nō multiplicat ſe ſed eſt vbiqꝫ per eēntiā: ⁊ de
hac opione qꝛ ſubtilis eſt multū nō poſſumus facere mentio
nē niſi in tertio libro: ⁊ hoc qđ hic determinam⁹ hoc eſt ꝙ for
ma ſenſibilis ſe multiplicat in eē ſenſibili aut ſpūali: ⁊ ſufficit
ſibi ad hoc: ⁊ ſic oīs forma in ꝓpria ⁊ eēntiali actiōe ſibi ſuffi
cit: hec autē ſnia q̄ſi pro fundamēto poni dꝫ in hac ſcīa: qꝛ ex
ipſa iſiniti circa opa ⁊ paſſiones aīe eliduntť errores. Iaꝫ aūt
pꝫ ꝙ duplex eē hꝫ forma: vnū ſimplex ⁊ ſpirituale qđ hꝫ in ab
ſtractione qđ ſit a ſimplici agente qđ eſt forma rei: alteꝝ aūt
materiale in re in qua eſt per agens generans nō ſimplex qđ
agit eam educēdo de materia per generationem.

¶ Cap. 7m. De viſibili qđ eſt color: qualiter ſm actum luci/
di mouet viſum.

His autē habitis dicamus ſigillatim de oīb⁹ ſen
ſibus: ⁊ primo de viſu eo ꝙ ipſe pluriū eſt diffe/
rentiaꝝ: cōprehēdit enim ⁊ corruptibilia ⁊ icor
ruptibilia ⁊ apprehēdit ſuū ſenſatum nō in vna
medij diſpōne ſed in plurib⁹: colorata eniꝫ acci
pit in medio actu lucido ⁊ lucida accipit in te/
nebroſo ⁊ que ſit hui⁹ cā infra dicemus. ¶ Dicamus igiť ꝙ Tex. ⁊ cō. 66.
obiectū cuius diciť eſſe viſus vt ꝓpria cauſa iferens ſibi paſ
ſionē hoc cōmuni noīe diciť viſibile: viſibile aūt eſt qdem co
lor ⁊ nō ſolum color ſed etiā hoc qđ cōmuni rōne noīs eſt di/
cere viſibile ſicut lucētia nō ſub colore ſed ſub lumine viden
tur in tenebris: ⁊ ideo vnū cōe nomē non habemus qđ dicat
cōmuniter omne viſibile ꝓpriū qđ viſui ſua ex forma iferat
paſſionē: viſibile aūt per ſe manifeſtū erit magis qñ igredie/
mur melius in diſtinctionē ⁊ tractatū per ſe viſibiliū: conſtat
tamē ꝙ vnū viſibiliū eſt color: ⁊ ꝙ color eſt de numero eoꝝ
que per ſeipſa ſunt viſibilia: nō qdē illo modo ſm ſe ſiue per
ſe: quo predicatū eſt in rōne ſubiecti: qui modus dicēdi ꝑ ſe
eſt primus: ſed illo modo quo ſubm eſt cauſa predicati: qui
modus dicēdi per ſe vel ſm ſe eſt ſecundus: ⁊ ideo opꝫ ꝙ co
lor ꝑ nihil extrinſecū ſed per ſuā eſſentiā ſit agens in viſuꝫ: ⁊
ſit viſibilis. ¶ Et qꝛ hec eſt ſua eēntia: tunc diffiniať ꝙ color Tex. ⁊ cō. 67.
eſt motiuū viſus ſm actum lucidi: hoc eſt trāſparēs in actu
luminis cōpleto: hoc enim cōuenit omni ⁊ ſoli colori: qꝛ ſicut
diximus lucētia nō videnť in eo qđ eſt actu lucidū ſed poti⁹
in eo qđ eſt actu tenebroſuꝫ: color aūt ſine luminis actu per/
ficiente diaphanū nō videť: ſed potius oīs color videť in lu/
mine: ⁊ ideo opꝫ nos etiaꝫ prius tractare de lumine. ¶ Sed
nos prius queremus cū color nō imutet niſi diaphāo illumi
nato: vtrū lumē illuminās exigať ad viſum ꝓpter colorē vel
ꝓpter mediū: hoc eſt querere vtrū color nō poſſit gn̄are iten
tionē in medio niſi ſit ipſe color actu illuminatus vel ipſe co/
lor ſine lumine ſufficiat generare intētionē ſuā: ſed medium
nō ſit aptū natū ipſam intētionē ſuſcipe niſi ſit actu illumina
tū. Videnť aūt precipui viri in phīa Auic. ⁊ Auēpace cōſenti
re in hoc ꝙ color mediū viſuꝫ imutare nō poſſit: niſi recipiat
actū luminis prehabitū: hoc aūt tribus ꝓbant rōnib⁹. Vna
aūt ſuaꝝ rōnū eſt ex coloris diffōne que poniť in libro de ſen
ſu ⁊ ſenſato; que eſt ꝙ color eſt extremitas ꝑſpicui in corpore
terminato: ſm illā enim perſpicuū eſt aliqd coloris cū perſpi
cuū nō ſit in actu ꝑſpicuū niſi ꝑ actum luminis vel habitum
ſm actū: ⁊ ideo dixerūt illi ꝙ colores in tenebris nō ſunt niſi
in potētia ⁊ nō in actu: ⁊ ideo tūc mouere mediū ⁊ viſum nō
poſſunt ꝑ ſuas intētiones. Scđa rō eſt ꝙ cū color ſit extremi
tas ꝑſpicui terminati: ꝑſpicuū etiā nō terminatū qñ eſt illu/
minatū habebit aliqd coloris: ⁊ ideo lumē eſt color diapha/
ni nō terminati: qđ colorat ipm̄ in ſupficie ⁊ in ꝓfundo: per/
ſpicuū ergo qđ eſt cōpletū per lumē hꝫ colorē: ſed nihil eſt ſu/
ſceptibile alicuius per modū per quē hꝫ illud: cū ergo perſpi
cuū actu illuminatū habeat colorem: nō eſt ſuſceptibile colo
ris ſm ꝙ hmōi: ſed potius ſm ꝙ nō hꝫ eū: ergo nō inquātuꝫ
eſt illuminatū recipit colorē: ſed inquātū caret lumine: lumē
igitur nō exigiť ꝓpter diaphanū qđ eſt mediū in viſu: ſed ꝑꝑ

Nō nota etiā ab Auerroi hic vtrū lumē ſit neciuꝫ viſui ꝑꝑ colorē iſte vel ꝑꝑ mediū.

Opio Auicē. ⁊ Auēpacis.

colorē. Tertia ratio eoꝝ eſt que ⁊ magis ꝙ̄ alie mouet ꝙ oīa obiecta vnius ſenſus neceſſe eſt reduci ad vnū genus ſiue ad vnā cōem nām: ꝓpter qꝺ etiā tactus non oīno eſt vnus ſenſus: eo ꝙ tactibilia nō reducunt̄ ad vnā nām cōez: nec ad genus vnū: cū igitur viſus ſit ſenſus vnus viſibilia neceſſe eſt eſſe vnū aliqꝺ in cōmuni: ſunt aūt viſibilia ⁊ lumē ⁊ color: ergo neceſſe eſt ꝙ aut vnū eoꝝ reducat̄ ad aliuꝺ: aut ꝙ ambo reducant̄ ad vnā nām cōem: in qua vniant̄: non aūt reducūtur ambo ad aliqꝺ tertiū qꝺ eſt ante ea vniens ea: opꝫ igitur ꝙ vnum ad aliuꝺ reducat̄: cū autē lumen nō diffiniat̄ per colorez: ſed color per lumē: opꝫ ꝙ lumē ſit natura cōmunis que facit viſibile eſſe viſibile: ⁊ ſic color nō eſt viſibilis niſi per habitū luminis ſibi influxū. ℂ Experimētū aūt eſt: q: nos videmus ꝙ vidente exiſtēte in tenebris ⁊ aere tenebroſo iuxta videntē ⁊ tm̄ colore illuminato ſit viſio. Si autē econuerſo fiat color in tenebris ⁊ videns in lumine ſtet ⁊ aer ſit illuminat⁹ nō fiet viſio. Similiter autē ſpeculo poſito cōtra lumē ⁊ facie in tenebra nō reſultabit imago in ſpeculo. Si autē ecōuerſo fiat ſtatim in ſpeculo videbit̄ facies: iſta igit̄ ſunt que mouerunt iſtos ⁊ q̄dā alia his ſimilia.

Expimēta pro opione Auic. ⁊ Auēpacis.

ℂ Ecōuerſo aūt Alexāder ⁊ Auerrois intentes vel intēdentes dictis Ariſt. dicūt colorem eē p ſe viſibile: ergo erit tota cā viſionis per eēntiā ſuaz ꝓpriā: nō igitur per admixtionē luminis. Similr̄ eniꝫ dicūt eſſe in colore ⁊ in aliis ſenſibilib⁹ que p ſe mouēt ſenſus. Dicunt etiā hoc nō eē qꝺ in ſcꝺa rōne predicti viri inducūt: ibi enim ſupponit̄ ꝙ lumē ſit color: q: ſi eſſet color: tūc aer nō reciperet colorē quādiu haberet in ſe lumē: ⁊ hoc nō eſt veꝝ q: videmus parietes colorari colore plātaꝝ qn̄ nubes mouent̄ ⁊ radii ſolis in nubib⁹ ⁊ poſtea per plātas dirigunt̄ ad parietes. Similiter autē qn̄ radius trāſit per vitrū coloratū quocūqꝫ colore ſit in aere ⁊ in pariete oppoſito: ⁊ tn̄ prius habuit lumē ⁊ etiā tunc retinet lumē qꝺ nō faceret ſi lumē eēt color: nō enim aliqꝺ ſm̄ idem recipit duos colores ſimul.

Scꝺa opinio Auerrois cōmento. 67. ⁊ Alexandri.

ℂ Nos aūt quātū itelligere poſſumus vtroſqꝫ ſm̄ aliquā partē verū dicere arbitramur: ⁊ vt hoc itelligat̄ videt̄ dicēdum ꝙ color hꝫ duplex eē. ſ. māle ⁊ formale: māle autē dicimus qꝺ ſit per qualitates trāſmutātes mām que ſunt calidū frigidū humidum ⁊ ſiccū: hec enim diuerſimode variantia ſupficiē corporis terminati diuerſos inducunt ⁊ cauſant colores: ꝫ nihil iſtoꝝ ſit de eēntia coloris: ⁊ ſm̄ hoc eē colores actu ſunt in tenebris ſed nō mouēt diaphanū: q: ſicut ſupius diximus ſenſibile nō agit niſi ſm̄ ſimplicē formā qn̄ multiplicat ſe ad medium ⁊ ad ſenſuꝫ.

Opio Alberti media inter extremas.

Color duplex eē hꝫ materiale ⁊ formale.

ℂ Habet aūt aliud eē formale ⁊ hoc eſt a lumine: q: ſicut optime dicit ph̄s: lumē eſt coloꝝ hypoſtaſis ⁊ hoc cauſat̄ ab hoc ꝙ lumē influit̄ extremitati pſpicui: terminatione enim corpus eſt pſpicuū: ſed duplex eſt pſpicuū: quoddā enim eſt pſpicuū totū qꝺ nō terminat: ſed p ſe tranſducit viſuꝫ ſicut aer ⁊ ignis ⁊ aqua ⁊ vitrū ⁊ cryſtallus ⁊ quedā alia ſimilia: qꝺdā autē eſt pſpicuū terminatū ⁊ hoc nō in toto ſed in ſua ſuperficie eſt pſpicuum: ⁊ ideo terminat ⁊ nō trāſducit viſuꝫ: ⁊ ſm̄ ꝙ corpus eſt pſpicuuꝫ: ita recipit luminis habitū: qꝺ enim in toto eſt pſpicuū: recipit lumē in ſupficie ⁊ in ꝓfundo: qꝺ aūt nō in toto ſed in ſupficie tm̄ eſt pſpicuum: nō recipit lumē niſi in ſupficie: ⁊ ibi lumē permixtum opacitati corporis cauſat colorē. Et hec fuit cā q̄re Pithagorici colorē vocabāt epiphanū: q: videbāt eū eē diffuſionez luminis in ſupficie corporis terminati: epiphanū eni eſt ſupficietenus opans: vn̄ pꝫ lumē eē de ſuba coloris ⁊ nō calidūꝫ ⁊ frigidū ⁊ ceteras q̄litates que cauſant ipm̄ mālīter in ſubiecto: ⁊ nō igrediunt̄ eēntiā ipſius ⁊ ideo qn̄ dicit̄ color ē motiuus viſus ſm̄ actū lucidi: ⁊ hoc eſſe ſubam eius: erit hoc intellectū de eo qꝺ eſt vera ſuba coloris ſm̄ eſſe formale: ⁊ ſm̄ hoc eē nō eſt actu color niſi in lumine: ⁊ ideo nō videt̄ niſi in lumine ſicut dictū eſt.

ℂ Qꝺ autē dicit̄ de eo qꝺ videt̄ color medio tenebroſo exiſtēte videt̄: dicēduꝫ ꝙ ſi mediū eſt oīno tenebroſum: tūc nō videbit̄ color: ſed opꝫ ꝙ ſit illuminatum iuxta colorē ad minus ad hoc ꝙ generet intētionē ſuā in medio: ⁊ huius qdē cā eſt q: color lumen eſt ligatū māe: ⁊ iꝺ mouere nō pōt mediū niſi ſit actu illuminatum: q: p hoc magis ad coloris ſimilitudinē recipiēdā diſponit̄: ⁊ ideo ꝓpriū mediuꝫ coloris eſt diaphanū illuminatū: ⁊ iꝺ actus lucidi in viſu exigit̄ pp mediuꝫ: ⁊ color per ſuā eſſentiā mouet p ſubam dico que eſt in eo formalis ⁊ eſſentialis: ſm̄ illaꝫ enim nō eſt in tenebris niſi in potētia tm̄. Lucētia autē que habēt lumē calcatum ⁊ nō obligatū materie: mouēt diaphanūꝫ tenebroſum: ⁊ ideo vident̄ in tenebra ſicut ignis ⁊ ſtelle ⁊ huiuſmodi: de die aūt iuuat̄ lumē eoꝝ fortius lumine ſolis: ⁊ tūc manifeſtat̄ color eoꝝ: de his tn̄ iferius prolixius loquemur.

Rñdet p pte ad expimenta Auicēne q: in pte faciūt pro ipſo ⁊ non ſimpliciter.

ℂ Cap. 8^m. De nā diaphani ⁊ qualiter lumē eſt actus eius.

Ex quo autē dicēdum eſt de lumine ſicut ſupius diximus oportet primo manifeſtare proprium eius ſubiectum: dicimus igitur ꝙ iꝺ qꝺ eſt lucidum eſt aliquid: corpus enim eſt ⁊ corpus trāſparens ſiue peruiū qꝺ greci diaphanū vocant: ⁊ hoc diaphanū eſt viſibile: quādo eſt actu lucidum. Uidemus enim lumē nō ſm̄ ſe ſed in aliquo ſubiecto ⁊ hoc eſt diaphanū: diaphanum enim ſm̄ ſe non eſt viſibile: eo ꝙ nullum hꝫ colorē: ⁊ q: nullum hꝫ: ideo oēs pōt recipere: ⁊ ſic medium pōt eſſe in viſu: videtur ergo ꝓpter extraneum colorē ſemper: hoc eſt extraneū colorē qui in ipſo ſit inēē ſpirituali ⁊ intētionali: ſicut ſuperius diximus: tale aūt diaphanuꝫ qꝺ ſic recipit oēm colorē extraneū: eſt aer ⁊ aqua ⁊ ignis ⁊ celum: nō tamē eſt diaphanū aer ſm̄ ꝙ aer hoc eſt per naturam per quā eſt aer: q: ſi ſic eſſet diaphanum: tunc aqua non eſſet diaphana nec aliquoꝺ aliuꝺ corpus: ſeꝺ potius p vnaꝫ naturā cōem in qua inferiora ſimplicia vel compoſita perſpicua cōmunicant cū ſuperiori celeſti: ⁊ ꝑpetuo corpore: ꝫ eniꝫ perſpicuitas que recipit lumē ſit in ſuperioribus ⁊ in inferioribus tn̄ per prius: ⁊ ſicut in cauſa eſt in ſuperiori corpore: ⁊ per poſterius in inferiorib⁹: ⁊ mediante hac nā cōmuni efficiuntur corpora peruia ꝓpria ſuba luminis. Corpora enim ſuperiora oīa ſunt pſpicua preter ſtellas ſicut diximus in libro ce. ⁊ mun. ⁊ que ſunt actu luminoſa ſunt ſpiſſa tegētia ea que ſūt poſt ipſa.

Tex. ⁊ cō. 68.

ℂ Sed tn̄ ſcias ꝙ raritas ſola nō facit perſpicuitatē: q: tunc terra rara eēt pſpicua ⁊ hoc nō eſt veꝝ: ſeꝺ opꝫ cū raritate eſſe ſubtilitatē ⁊ formalitatē ſiue ſpiritualitatem quādā partiū: ⁊ tūc talia rara ſunt puia: ⁊ quāto magis hn̄t de huiuſmodi nā formali ⁊ ſpirituali: tanto magis erūt peruia: ⁊ ſi aliquis obiiciat dicēs corpora ſupiora nō eē oſtendimus talium ſolutiōes in libro ce. ⁊ mun. iſta igit̄ talia ſunt luminis ſubiecta.

Sola raritas nō facit perſpicuitatem.

Differunt luminare lux lumē ⁊ ſplēdor: luminare enim eſt corpus qꝺ in ſe vt formaꝫ hꝫ lucē: ſicut ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle. Lux aūt dicitur forma luminis in luminari ſiue in eo qꝺ eſt fons luminis primus vel ſicut in eo qꝺ eſt forma luminis primi. Lumē aūt eſt qꝺ receptū eſt in alio corpore illuminato.

Lumiare lux lumen ⁊ ſplendor differūt.

ℂ Et ideo lumen eſt receptus habitus in nā diaphani: ⁊ lumē eſt actus eius ⁊ pfectio eius ſm̄ ꝙ eſt diaphanum: potētia aūt luciđū eſt iꝺ ſubiectū qꝺ eſt ſuſceptibile luminis ⁊ tenebraꝝ ⁊ ſicut lumē eſt color lucidi terminati: ita ſe hꝫ lumē ad luciđū peruium: q: ſicut color eſt diffuſio luminis in corpore terminato: ita lumen eſt diffuſio que ſit in ſupficie ⁊ in ꝓfundo diaphani nō terminati: ⁊ iꝺ lumē eſt actus lucidi puii qn̄ actu luminoſum eſt ſicut color eſt actus colorati: qn̄ actu coloratū eſt: huius autē nā perficiēs diaphanū eſt ab his que actu lucent ſicut ignis aut corpus celeſte: qꝺ corpus celeſte etiā vnū ⁊ idem eſt in diaphaneitate cū diaphanis inferioribus ſicut diximus: ⁊ etiā eſt vnū ⁊ idē: q: nō variantur de lumine in tenebra in lumē ſicut variant̄ iferiora: ſed ſemp ſm̄ actū eſt lucidum eo ꝙ ſibi cōiuncta ſunt ea que ſemp ipſum illumināt: ⁊ ipm̄ eſt de nā lucis etiā qn̄ nō lucet. Lucens enim corpus nō eſt ex alio lucens: niſi q: cōueniunt in eo multe partes nobiles formales diaphani: ⁊ ī illis lumē generatū tenetur nō amiſſum. Sic igitur pꝫ ꝙ lumē eſt perfectio lucidi quando ſm̄ actum lucidum.

Tex. ⁊ cō. 69.

ℂ Cap. 9^m. De improbatione opionis Democriti qui dixit lumen eſſe defluxum corporis.

Oportet aūt ſubtilius intrare ad inquirendum de lumine ⁊ accipere ſnīas quecunqꝫ dicte ſunt de ipſo vt verius ſciatur nā eius: ſentētie autez de lumine valde differētes ⁊ multe ſunt: ⁊ reducuntur ad qnque quaꝝ vna antiq Democriti fuit qui de oibus curā habuit qui dixit lumē eē corpus puiū qꝺ defluit cōtinue a corpore luminoſo. Alia aūt ſnīa eſt que dicit lumē eſſe formaꝫ ſubalem que ſubſtātificat quicqꝺ ſubſtātificat̄ in gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹. Tertia āt dixit lumē eſſe ſubam ſpūalem nō corporalem: que quaſi medium eſt inter ſubam corporeā ⁊ incorporeā. Quarta aūt dixit lumē omnino nihil eſſe ſm̄ ſe: ſed potius aliqꝺ comitans

coloratū: dixit enim lumē nō eſſe niſi coloris euidentiā in eo ꝙ eſt coloratū. Has āt oēs opiones opꝫ nos tractare: anteꝙ̄ veritatē de lumine ſm̄ noſtrā intētionē determinare valeamus. Illi aūt qui lumē corpus eſſe dixerūt duas in ſectas ſe diuiſerūt. Democriti enim ſchola tenuit ꝙ lumē eſſet corpora minutiſſima que ꝯtinue defluunt a corpore luminoſo in corpora trāſparētia ⁊ ꝯiuncta vbiqꝫ eoꝝ partibꝰ illuminant ea ⁊ cadētia ſup corpora terminata faciūt colores eoꝝ diuerſos. Dixerūt alij colorē oino nihil eē: ſed potius athomi cadentes ſup talia corpora ex diuerſo ſitu ordine ⁊ figura apparent colores diuerſi: ſicut in colūbe collo: qđ ex vna aſpiciēti apparet album ⁊ ex alia parte apparet q̄ſi forte ſaphirini coloris ⁊ ex tertia coloris aurei. Noſtro aūt tpe ſurrexit ſecta tenens ꝙ lux ⁊ lumē eſt corpus vnū qđ ⁊ ſitualiter expanditur aliqñ: ⁊ aliqñ in ſeipſuꝫ colligit ita ꝙ efficit īdiuiſibile.

Rōnes Democriti aſſerentis lumē eē corpꝰ

Sententia aūt Democriti rōnes habuit quas Auic. pl̄s ponit: vꝫ q2 videbat lumen moueri de loco ad locū ⁊ radiū deſcendere a luminoſo corpore ⁊ītrare p feneſtras ⁊ exire: hec aūt oīa nō niſi corpoꝝ ſunt: ⁊ ideo lumē ⁊ lucē corpus eē dicebat.

Impugnatio Ariſto. ꝯ Democritum.

¶ Ecōtra aūt dixit Ariſto. in ſcđo de aīa: ꝙ nec ignis eſt nec oino corpus nec defluxus aliquis corporis: eo ꝙ defluens a corpore eſt corpus: ⁊ ſi eēt corpus: aut ignis: aut aliqd de corpore ſuperiori: cuius pñtia in pſpicuo faceret ipm̄ actu eſſe perſpicuū: ⁊ ſi ſic eſſet tunc corpora illa defluētia penetrarent perſpicuū pſpicuo vbiqꝫ nō cedente: cū igit vtrūqꝫ tam perſpicuū ꝙ̄ lumē impleant totū ſpatium hemiſperij opꝫ ꝙ duo corpora eſſent in eodē loco ⁊ hoc incōueniēs eſſe eſt oſtenſuꝫ in phyſicis. Si aūt diceret ꝙ perſpicuū cedit ei: tunc oporteret ꝙ in toto hemiſperio nihil remaneret de aere qñ ſol orit qđ nimis eſt incredibile: cū nos ſentiamus aerē in flatu venti ⁊ multis alijs experimētis.

Rō Auicēne ꝯ Democritū.

¶ Amplius aūt obijcit contra hoc Auic. ſupponēs ꝙ verꝝ eſt ꝙ omne corpus de ſe luminoſum eſt dēſum nō trāſparens ſed tegēs omne qđ eſt poſt ipꝫ ſicut apparet in ſole luna ⁊ ſtellis: ⁊ in flāma ignis que tegit ea que ſunt poſt flāmā intm̄ ꝙ ſi vna candela ante aliam ponatur iuxta parietē flāma illius que vicinior eſt parieti facit vmbrā in pariete: q2 tegit parietē a lumine candele anterioris: hoc aūt ſic ſuppoſito obijcit Auicē. q2 illa corpora minuta defluētia aut ſunt luminoſa aut trāſparentia: ſi luminoſa ergo ſunt tegētia ſe inuicē: ergo quātomagis dēſant in aere tantomagis impediūt lumen qđ aperte falſuꝫ eſt: q2 ſi lumē eſt aliquid qđ denſari poſſet ꝙ̄tomagis denſaret tantomagis illuminaret: ſi aūt dicit ꝙ illa corpora ſunt trāſparentia: tunc actu nō illuminarēt: ſed potius ab aliquo alio illuminarent: ⁊ ſi diceret ꝙ illuminarentur ab aliquo deſcendente in ipſa: tunc eēt eadē queſtio de illis ⁊ abiret hoc in infinitum. Si aūt fingens aliquis qđ in reꝝ nā nunꝙ̄ fuit dicat ꝙ ſunt ſimiliter lucētia ⁊ puia: adhuc ſequit ꝙ quātomagis denſantur tanto obſcuriora eſſe vident vel efficiunt ſicut videmus partes cryſtalli cōminuti eſſe puias ⁊ aliquātuluꝫ lucētes: ⁊ quādo ex eis multe ꝯiūgunt plus obſcurant.

Solō ad motiua Democriti. Et rōnes ꝯ ipſum. 3.

¶ Et qđ dicūt iſti de motu ⁊ deſcēſu ⁊ introitu ⁊ exitu radij nihil oino eſt: q2 iſta verba ſunt trāſumpta ⁊ nō ꝓprie dicta: nō eniꝫ habet motū lumē niſi q2 illuminatio eſt finis motus localis eiꝰ qđ eſt luminoſum corpus qđ luminare vocat ſicut alibi dictum eſt. ¶ Adhuc aūt ſi ꝓpter motū localeꝫ lumen eſſe corpus dicunt debēt ⁊ vmbrā corpus eē dicere: que etiā localiter moueri videt: hmōi enim ſi hūt motū localem cū oīs motus ſit in tpe erit motus iſtoꝝ in tpe: ⁊ hoc eſt falſum q2 luminis apparitio ad magnā diſtantiā ⁊ ad paruā eſt in eodē indiuiſibili nunc: q2 ſi eſſet in tpe oporteret ꝙ longius eēt tempus quo mouet ad longā diſtantiā ꝙ̄ quo mouet ad paruā ⁊ oporteret tēpus illud pceptibile eſſe: q2 lꝫ ſit impceptibile tēpꝰ quo mouet ad tres cubitos: tñ cuꝫ multiplicant tricubita ſpatia ab oriente in occidēs neceſſario erit tēpus pceptibile. ¶ Adhuc corpora ſic defluētia nō ſunt velociora ꝙ̄ corpora a qbus defluūt: q2 illoꝝ motus velociſſimus eē ꝓbatus ē in phiſicis: motus aūt corpoꝝ celeſtiū in quolibet ſpatio vnius gradus eſt in tpe pceptibili: g̊ multomagis motus illoꝝ corpoꝝ erit in tpe pceptibili. ¶ Adhuc āt querat ab illis: quo deueniūt hmōi corpora tpe obnubilationis orizōtis: aut enim corrūpunt: aut alterant amittēdo lucē: aut retrahuntur ſupra nubes obnubilātes ⁊ qđlibet iſtoꝝ eſt impoſſe: cōſtat aūt ꝙ aer nō deſtruit ea: nubes aūt nō cōtāgunt ea cū illa ſint ſubtus ⁊ nubes ſuperius: ⁊ eiſdē rōnibꝰ ꝓbat ꝙ nō alterant. Qđ aūt retrahant ad ſupiora minus eſt credibile: ſi enim emittunt a corpore luminoſo per neceſſitateꝫ nāe corporis luminoſi: ⁊ tūc nō pñt retrahi: q2 retrahēs nullū habēt. ¶ Amplius iſta corpora mouent ad omnē partē: nullus aūt motus nālis eſt ad omnē partē corporis: ergo iſta corpora nō nāliter mouentur: aut ergo violēter: aut volūtarie: ſi violēter tūc nō durat diu: nec frequēter eſt motus eoꝝ: ſicut in libro celi ⁊ mū. oſtēſum eſt: ſi aūt mouent volūtarie tunc ſunt aialia: ⁊ tūc oporteret ꝙ nā dederit eis inſtrumēta pedum vel alaꝝ qbꝰ perficiant motū illum: qđ oino abſurdū eſt: ꝓpter qđ oēs peripathetici abhorruerūt opionē iſtam dicētes lucē ⁊ lumē nō moueri: ſed potius cū ad generationē in puio nō exigat niſi preſentia luminoſi: nō ad oēm diametrū per circuitū ſubito generat: ſicut enim in phicis ꝓbauimus generatio oīs forme eſt in materia que tota ⁊ equaliter eſt preparata ad forme ſuſceptionē: ⁊ ſic preparatū eſt puiū in ſuperficie ⁊ in profundo terminatū aūt in ſuperficie tm̄: ⁊ ideo ſtatim orto preſentiat luminari generatur lumen in omni diſtantia equaliter lōge ⁊ prope: ad quā diametri luminoſi corporis poſſunt educi: ⁊ cum videtur moueri de loco ad locum: hoc non eſt niſi renouatio ſubita huiuſmodi generationis eius.

¶ Cap. 10m. Et eſt digreſſio declarans errorem eorū qui dicunt lumen eſſe corpus indiuiſibile.

Sed ſecta eoꝝ qui ſe noſtro tpe erexerūt in ſnīa de lumine plura cōtinet figmēta ⁊ plures errores: iſti enim dicūt lumē eē corpus cuius eē eſt cōtinue gñari ⁊ fieri: ⁊ dicunt eē corpus formale ⁊ ſpirituale: cuius dicunt eē ꝯueniētiā tam cum corpore ꝙ̄ cū icorporeo ſpiritu: cū corpore qdeꝫ cōuenit vt dicunt: q2 ſitualiter implet mundū: cū incorporeo aūt q2 eſt indiuiſibile: vt melius itelligat etiā ſubijciunt exēplum dicentes mām primā eſſentiales hēre partes que ſunt ſubſtātie: quas nō ꝯfert ei quātitas ſed hꝫ eas ante quātitatē ſed quātitas addita māe diſcindit partes inuētas in mā: ⁊ dat eis ſitū ita ꝙ vna eſt iuxta aliā in ſitu ⁊ vna ante aliaꝫ ⁊ vna ſubtus ⁊ alia ſupra quoꝝ nihil habuerūt partes māe ante quātitatē ſed tunc habuit vnā parteꝫ quaſi ſub alia ⁊ non iuxta aliā: ita dicūt quātitatē pſpicui ſiue perſpicui corporis ſe hēre ad ſubam que eſt lux vel lumē que qdem ſuba corporea eſt vt dicūt: ſed ſitū ⁊ quātitatē nō accipit niſi ex eo in qđ deſcēdit: in ſe aūt ſuba idiuiſibilis eſt. Si aūt obijcitur iſtis ꝙ corpus eſt qđ hꝫ tres dimēſiones ſicut dicit Euclides dicunt ꝙ hoc eſt corpus in gñe quātitatis ſed ante illud eſt corpus in gñe ſubſtātie de quo etiā diximus in libro phicoꝝ qđ eſt ſubiectū in phicis qđ nō hꝫ dimenſiones terminatas: ſed pōt habere quaſcūqꝫ ⁊ in genere corporis nālis primum ſm̄ eſſe: lꝫ ſm̄ rōnē nō ſit primū eſt lux ⁊ lumē vt dicūt iſti: ⁊ q2 ſic ſimplex corpus eſt dicūt ꝙ cū quolibet alio corpore pōt eſſe: ⁊ eſt in eodē loco per ſuā formalitatē. Et ſi querat ab his que ſit neceſſitas huius corporis ī naturis dicūt ꝙ quēadmodū necium eſt eē in naturis vnū primū qđ mouet tm̄ qđ eſt mā prima que nō mouet aliqđ ſed mouet ab oibus que mouent in nā: ſic neceſſariū eſt eē vnū corpus mouēs ⁊ hoc eſt celeſte corpus: cū aūt ſm̄ ſe nō tangat mām: opꝫ ab ipſo fieri corpus ꝓgrediens ex ipſo ꝯtinue qđ agat in mām tangēdo eā: ⁊ cuꝫ mouēs ⁊ mobile ſint diuerſe eſſentie: opꝫ ꝙ iſtud corpus diuerſe ſit eētie ab omni mā gñabilium ⁊ corruptibiliū: ⁊ hac rōne dicunt lucē primū eſſe in gñe ſubſtātie ⁊ eſſe corpus ſimpliciſſimū quēadmodū forma cū quolibet corpore eſt ī eodē loco. ¶ Addūt aūt adhuc dicētes corpus nō effici niſi a corpore ⁊ cū ſuppoſitū ſit lucē eſſe mouētē ad generationē corporū dicunt oportere ipſam eſſe corporeā ſubam: q2 aliter corpus cauſaret a nō corpore qđ eſt incōueniēs in phicis. ¶ Adhuc aūt dicūt nihil ſm̄ eſſe figurari niſi corpus: videmꝰ autē figurari lucē in figura ſpere. ¶ Amplius radij egrediētes a corpore luminoſo diſtincti vident: nihil aūt diſtinctū cernit in nā niſi corpus. ¶ Adhuc autē qđ ꝓcedit a corpore aut eſt corpus aut non eſt corpus: ſi eſt corpus habeo ꝓpoſitū: ſi vō nō eſt corpus tūc opꝫ ꝙ ſit forma corporis: aut ergo forma accidētalis: aut ſubſtātialis: ⁊ ſi diceret forma ſubalis eē: tunc ſequeret formā ſubſtantialē egredi extra ſuā ꝓpriā mām: qđ eſt abſurditas. Si aūt accidētalis forma: aut eſt accidēs per ſe vel accidēs p accidēs: ⁊ ſi eſt accidēs p ſe tūc eſt inſepara

bile a ſuo ſubiecto: ⁊ hoc nō videmus qm̄ nos īuenimus in
pluribꝰ ſubiectis. Si vō ſit accidēs per accidens tunc opz ad
hoc ꝙ reducaꝛ ad aliqđ qđ eſt per ſe ſubiectū: qꝛ accidens ꝑ
accidens reduciꝛ ad accidēs per ſe: ⁊ tunc ſequiꝛ id qđ ꝓus.
Preterea accidēs ſm̄ hoc mouebit ad eſſe oīum que gn̄an/
tur: qđ eſt valde abſurduz: ergo relinquiꝛ ꝙ ſit corpꝰ. Hec ⁊
hmōi inducere ꝯſueuerūt quidā lucez eſſe corpus dicentes.
¶ Adhuc aūt dicunt lucē multiplicatā diuaricare ⁊ diſgrega
re aerē ⁊ calefacere ⁊ ignire ſicut in ſpeculis apparet que oīa
*Impugnatio predicte opio/nis.* nō niſi corpus efficere pōt. ¶ Nos aūt iſtam opionē plenā eē
erroribꝰ reputamus: nec fuit inuēta ꝓpter veritatē rei ſꝫ po/
tius ꝓpter amorē defendēdi quoſdaz antiquos qui radios
corpora eē dixerūt. In cōtrariū autē huius opionis eſt ꝙ di/
cunt lucē eſſe corpus ſimplex: ⁊ tūc opz ꝙ ſit aliqđ ſimpliciū: ⁊
qđcūqz eſt illius motū habebit: ⁊ hoc non eſt verū cū videa
mus ipm̄ nec circulariter moueri: ſed recte ad diametrum
diffundi: ⁊ cū moueꝛ recte moueꝛ in oēm partē ad quā recta
linea trahi pōt a luminari primo qđ nō facit aliqđ ſimpliciū
que hn̄t motū rectū: niſi forte velit fingere ꝙ ſex ſunt corpo/
ra ſimplicia. ¶ Adhuc aūt fabuloſum eſt qđ dicunt hoc cor/
pus eē indiuiſibile: aut enim eſt īdiuiſibile habēs ſitum: aut
nō habēs ſitum: ⁊ ſi hz ſitū nulla eſt differētia ſui ad punctū:
indiuiſibile enim mobile neceſſario hz ſitum: ⁊ hoc neceſſa/
rio eſt punctū ſicut ſupra ⁊ in phicis ꝓpoſitū eſt: ſi autē nō hz
ſitum: tunc nec corpus eſt nec corporis aliqđ: qꝛ omne illud
qđ eſt corpꝰ vel aliqđ corporis ſituz hz: adhuc autē vnde ve
nit ei quātitas qua diffundiꝛ per totū hemiſperiū: ſi dicaꝛ ꝙ
ab aere tunc nō hz quātitatē niſi alienā: ſicut hz forma ſitua/
lis quātitatē ſui ſubiecti: ⁊ tunc ꝑ hoc nō ꝓbaꝛ ꝙ ſit corpus:
ſicut nec albedo corpꝰ eſt hn̄s lōgitudinē ⁊ latitudinē ꝑ acci/
dens in ſubiecto. Si aūt hz q̄titatē potētia reduciꝛ in actuz
qn̄ implet hemiſperiū: tūc queraꝛ qđ educat eaz de potētia
ad actū: illud enim aliud erit ab ipſo: ⁊ ſi fingendi detur licē/
tia nō erit fingere qđ ſit educens. Adhuc aūt cū lumē habēs
quātitatē implentē hemiſperiū iteꝝ indiuiſibile colligiꝛ: que
ratur ⁊ quo agēte ſit iſtud: nō enim emittit quātitatē quam
habuit niſi aliquo redigēte ipm̄ ad indiuiſibilitatē: iſti etiaz
dicunt lumē eſſe corpus qđ partē hz ſub parte ⁊ partē in par
te: ⁊ nō partē iuxta partē ⁊ hoc figmētū nō eſt intelligibile: qꝛ
cū dicit ꝙ hz partē ſub parte prepoſitio notat ſitū vnius par
tis ſub alia: ⁊ ſi hz ſitum nō eſt indiuiſibile: ⁊ hoc ꝯ̄ hypothe
ſim: dicere aūt ꝙ hz partē in parte nihil oīno eſt: qꝛ pars non
pōt ītelligi eē in parte niſi per idētitatē eēntie vnius cū alia:
ſic idem erit in ſeipſo qđ in nulla re ītelligi pōt vel eſſe pōt: ſi
cut ꝓbatū eſt in. 4. phicoꝝ. Adhuc tota lux eſt indiuiſibilis:
⁊ pars eſt minor toto: ergo aliqđ eſt minus indiuiſibili: ⁊ ſic
indiuiſibile erit diuiſibile neceſſario: viſus aūt teſtaꝛ errorē
iſtius nō opionis: ſed fatuitatis: eo ꝙ nos videmus lumen
implere totū hemiſperiū: ⁊ hoc eſt oīno cōcedēdū: iſta autez
ſtultitia multa reputat nō eſſe icōueniētia: que in tota phia
impoſſibilia ſunt: ſicut ꝙ duo corpora ſint in eodez loco: ⁊ ꝙ
aliqđ ſit indiuiſible: ⁊ ꝙ totū ſit eſſentiale parti: ⁊ multa alia
irrationalia que ab iſtis aſſeruntꝛ. Qđ autē iſti dicūt de mā
iam nos determinaſſe meminimus in primo phicoꝝ vbi di
ximus ꝙ mā ante quātitatē nullam hz partē niſi in potētia:
neqz hz partē in parte: nec partē iuxta partem: ⁊ qđ dicūt de
primo mouēte ridiculoſum eſt. Primū enim mouens mām
generabiliū ⁊ corruptibiliū eſt celuz: cuius lumē eſt qualitas
inſtrumētalis: ⁊ ſicut ſupius diximꝰ de calore nāli: ꝙ ꝓut eſt
inſtrumētū aīe vegetabilis: hz multas virtutes ex aīa quas
nō hz ex ꝓpria nā: ita dicimus ꝙ lumē multas hz virtutes in
quātū eſt inſtrumētū corporis celeſtis moti ꝑ intelligentiā: ⁊
ideo in talibꝰ virtutibꝰ exiſtēs efficit corpora gn̄abilia ⁊ cor/
ruptibilia: ⁊ ſic corpꝰ nō efficiꝛ a nō corpore: ſed a corpore ce/
leſti per inſtrumētū qđ nō eſt corpus ſed hz in ſe virtutē cor/
poris ⁊ intelligētie que mouet corpus. Et qđ dicūt lucē figu
rari ſpice: dicēduz ꝙ hoc eſt veꝝ: qꝛ qđ generaꝛ a ſperico: ne
ceſſe eſt in forma ſperica generari: ſicut etiā diximꝰ in. 3. me/
thauroꝝ: lumē aūt egreditur a corpore luminoſo ſperico ⁊ a
quolibet puncto eius: ⁊ iđ hz ſui generātis formā: hz tn̄ eā in
*Quid ē radiꝰ.* perſpicuo cui initaꝛ ⁊ nō ī ꝓpria eēntia. Et qđ dicūt radios
eſſe diſtinctos ſm̄ formā vel viſuz: dicendū ꝙ radius māli/
ter eſt rectitudo illuminata que eſt ꝑſpicui pars quedaz vn/
de illud ꝑſpicuū ſuꝑ qđ manat lumē diciꝛ radius: ⁊ ſi radius
vocatur linea viſualis que eſt aer cū lumine: tūc corpus eſt:
ſed nō eſt corpus qđ ſit habēs māz diſtinctā a mā perſpicui:
hec enim poſitio fere ſumit ſemꝑ aliquid icōueniētius ad
ꝓbādū illud qđ ꝓbare itendit. Aliud āt qđ dicūt ꝙ illud qđ
ꝓcedit a corpore: aut eſt corpus aut nō corpꝰ: dicimus ꝙ lu
mē nō eſt corpus ſed ē forma ⁊ qualitas corporis: ⁊ eſt cōpa/
rabile hoc ad duo ſubiecta: quoꝝ vnum eſt ſubiectuz eius ⁊
cauſa: in illo ſemper eſt: ⁊ hoc eſt corpus luminoſum: aliud
autē eſt ſubiectū eius tm̄: ⁊ hoc eſt ꝑuiū: ⁊ ideo illud aliquan
do eſt ſine lumine: ſicut calidum cōparaꝛ ad ignem ſicut ad
ſubiectum ⁊ ad cām: ⁊ alia calida ſicut ad ſubiectum tm̄. Et
qđ dicunt de diuaricatione ſiue diſgregatione ridiculoſum
eſt: qꝛ etiā color diuaricat ⁊ diſgregat: ⁊ tn̄ nō eſt corpus: per
quā aūt nām lumē eliciat calorē diximus in lib. de ce. ⁊ mun.
Iſta igiꝛ ſufficiāt ad huiuſmodi fatuitatis cōfutationem.

¶ Cap. iiᵐ. Et eſt digreſſio dicens defectum aliarū quatuor
opinionū ſuperius enumerataꝝ de luce ⁊ lumine.

QUi aūt dicunt lumē eſſe formā ſubſtātialem ex
qua ſubſtātificaꝛ oē qđ generaꝛ: habēt debiles
pro ſe rōnes: viſum enim eſt eis ꝙ lux ſit forma
ſubalis primi corporis luminoſi: cū hoc ſit mo/
uens videꝛ ꝙ per formā ſibi ꝓpriā mouēs ſit: ⁊
hec eſt eēntialis forma. ¶ Adhuc aūt ſi eēt acci
dentalis: tūc haberet ante ſe aliā ſubſtātialez: ⁊ nō eēt forma
prima mouēs. ¶ Adhuc aūt accidēs nō eſt forma ſube: ſꝫ po
tius ecōuerſo: multe aūt ſube fiunt ꝑ lucē. ¶ Silr autē ⁊ illa
opinio que dicit lucē eē ſubam ſpūalem in multis ꝯſentit illi
opioni que dicit ipſam eē corpus ſpūale: qđ cū quolibet alio
corpore eſt in eodez loco: ⁊ in multis rōnibꝰ inductis pro illa
opione īnitiꝛ. Cā aūt ſpālis quare ſic iſti dicūt eſt: qꝛ vident
viſum eē cōtinuū vt dicūt vſqz ad celū: in quo ſpatio ſūt cor/
pora diuerſa: opz igiꝛ ꝙ aliqđ ſit ꝯtinuās inter ea: hec autez
dicunt eē ſubam ſpūalem ſuperioris corporis que nō eſt alte
rius nāe ꝙ̄ ſit lux: iſti idē dicūt nām diaphani que eſt in aere
⁊ in aqua: ⁊ in celeſti corpore eſſe qđdā de nā ſupioris corpo
ris: ⁊ quo ad hoc dicūt ꝙ celū eſt corpꝰ qđ penetrat omne in
corpus: ⁊ ꝯtinuat inter ea. Dicūt autē hoc fore Ariſt. ſniam:
qui dicit ꝙ nā diaphani eſt in igne ⁊ in aere ⁊ in aqua ex cōi/
catiōe cū ꝑpetuo ſupiori corpore: eo ꝙ nō poſſet hēe cōicatio
nem cū corpore celeſti aliqđ īferioꝝ corpoꝝ: niſi aliqđ ſupio/
ris eēt in īferioribꝰ eo ꝙ ꝓbatū eſt celeſtis corporis: nec eſſe
vnā mām neqz vnā formā neqz vnū motū: cū igiꝛ cōicēt cum
eo īferiora: opz vt inquiūt ⁊ ſic cōicare ꝙ aliqđ ſupioris cor/
poris ſit in īferiori: de hoc enim ſupiori dicit Ariſto. ꝙ vnū ⁊
idē eſt in nā ꝑſpicui cū īferioribꝰ: cū aūt iſti dicāt de lumīe ꝙ
ſit ſuba ſpūalis: dicūt tn̄ ꝙ eſt in gn̄e corporis: ſed ꝑ hoc di/
cūt ꝙ eſt ſpūalis ſuba: qꝛ ꝓprietatē ⁊ nām hz icorporee ſube
in hoc ꝙ penetrat ꝑ corpora: ⁊ corpora nō cedūt ei: huiꝰ autē
cām eē dicunt: ꝙ deprehēſuz eſt nihil eē lucē ꝑ eēntiā: niſi no
biliores partes diaphani ꝯgregatas: diaphanū aūt eſt ſuba
ſpūalis in genere corporis: ⁊ iđ etiā lucē talē ſubam fore opz.
Hec igitur opinio ⁊ ſi verbis differat ab illa que ſecūdo in/
ducta eſt: in re tn̄ prorſus eſt eadē: intm̄ autē iam iſti extēde/
runt dicta ſua: ꝙ dicunt ſpiritus precipue aīales qui ſunt in
animalibus eſſe de ipſa natura corporis celeſtis: queadmo/
dum ⁊ lumē eo ꝙ moueꝛ in omnē corporis partē: ſicut lumi
na in mundo: dicūt enim iſti ꝙ media ſenſuum habēt duas
opationes: operationez. ſ. nature: ſicut qn̄ aer cōmotus ſcin/
dit ligna: ⁊ operationē anime qm̄ ſpūaliter recipit ſenſibiliū
formas: ⁊ imutat organa ſenſuū ad ſentire: ⁊ hāc opationez
que tāgunt̄ ſint genere plura: neceſſariū eſt tactū plures vir
tutes eſſe. ¶ Adhuc aūt hꝫ dubitationē magnā: vtrū tactus
Tex.⁊ cō.107 ſit plures virtutes aut nō. ¶ Adhuc aūt hꝫ dubitationē qd
eſt quo vt inſtrō ⁊ vt medio ſentimus in tactu: ⁊ ſi aliquo vt
medio ſentimus in ipſo: hoc eni multi negauerūt. Dubitat̄
eni mox ſenſibili occurrēs: caro ſit quo ſicut inſtrō ſentim⁹: ⁊
in his que nō hñt carnē ſit mēbrū ſimile carni: quo ſentiunt
aliā carnē ⁊ ſanguinē non hñtia: an nō ſit hoc organum quo
ſentimus: ſed potius caro vel ſimile carni ſit mediū per qd
reddit̄ ſenſus: ⁊ organū ſit aliud aliqd intrinſecus: qd eſt pri
mū ⁊ pncipale quo ſentimus in tactu: hec eni ambo hñt du/
bitationē. Qd eni nō ſit vnus ſenſus ſed plures videt̄ ꝓba/
ri ex hoc ꝙ ſicut ſepe diximus: oīs ſenſus vnus: vnius ɔtra
rietatis eē videt̄ ſicut viſus albi ⁊ nigri: audit⁹ grauis ⁊ acu
ti in ſonis: guſtus aūt amari ⁊ dulcis: in eo aūt qd pōt tangi
qd ſpēm ſuā generat in tactu multe inſunt cōtrarietates: q̄/
rum nulla ſentit̄ per alterā: ſicut calidū ⁊ frigidū: ⁊ humiduꝫ
⁊ ſiccū: quarum neutra per alterā ſentit̄. Eſt aūt talis graue
⁊ leue: que tactu ſentimus: ⁊ per aliā aliquā ɔtrietatē: ⁊ qdaꝫ
ponūt durū ⁊ molle: aſperū ⁊ lene: ſed hec nō ſunt adeo pma
ſenſibilia: ſicut ea que dicta ſunt: qa durū qd reſiſtit tangen/
ti eſt aliquo mō ſiccū: ⁊ molle eſt qd cedit tāgēti ⁊ eſt aliquo
mō humidū. Siſr aūt aſperū qd in plurib⁹ partib⁹ ſue ſup/
ficiei tāgēti reſiſtit eſt aliqd ſicci: ſic ⁊ lene cui⁹ ptes in vnam
ſupficiē ɔfluētes eſt aliqd hūidi. Sꝫ pmo enumeratarū ɔtrie
tatū nulla oīno ſentit̄ p aliā. Eſt aūt ēt tact⁹ q̄rūdā aliorum
quecūqꝫ ſūt hmōi ꝙ tāgētia imutāt ad ſpēm ſuā per tactū: ⁊
nō per aliquā aliā pōrē nām ſentiunt̄: ⁊ talia ſūt ſicut diſſolō
continuitatis in corpore: que eſt ex verbere vel vulnere: vel
aliquo alio. Et ſicut oppoſitū ei⁹ qd eſt cōſolidatio ɔtinuita
tis. Diſſolō enim nō ſentit̄: nec ex calido: nec ex frigido: nec
ex hūido vel ſicco: nec ex graui vel leui. Siſr aūt eſt de ɔſoli
datiōe. Corruptio qdē cōplexiōis ſentit̄ ex aliq̄ pmarū qua/
litatū corrūpēte cōplexionē: ſed diſſolō nō eſt ɔtria cōplexiōi:
ſed poti⁹ cōpoſitiōi: ⁊ iter cōplexionē ⁊ cōpoſitionē ſuprius di
ſtiximus. Tale aūt ſenſibile tact⁹ eſt: ēt delectatio que eſt in
venereis: ſed nō ea que eſt in potu ⁊ cibo: qa illa eſt calidi et
ſicci ꝓut rñdet fami: ſꝫ illa eſt frigidi ⁊ hūidi ꝓut rñdet ſiti.
Hec aūt oīa tāgibilia pluriū generū ſunt nō ſubalternatiꝫ po
ſitorū: ⁊ iō videt̄ paſſiuū his actiuis rñdēs plures eē ſenſus:
⁊ nō vnus ſpecie vel nūero vel genere: non eni ſufficit ꝙ hec
oīa in vno ſint gñe gñaliſſimo: qa ſic oīa ſenſibilia eēnt vnus
ſenſus. ¶ Hꝫ aūt ſolōnē ſophiſticā ad hāc iductā dubitatio Tex.⁊ cō. 108
nem: eo ꝙ aliqs forte inſtabit ⁊ dicet: ꝙ ꝓbatio quā induxi/
mus ꝙ oīs ſenſus vnus: vnius ſit ɔtrietatis ſit falſa: qm̄ etiā
in alijs ſenſib⁹ plures vident̄ ineſſe ɔtrietates ſic in voce non
ſolū eſt vna ɔtrietas que eſt acutio ⁊ grauitas: ſed ēt magni/
tudo ⁊ paruitas vocis: ⁊ lenitas ⁊ aſperitas ei⁹: ⁊ his ſilia ɔ
ria que circa vocē inueniri pñt. Sūt aūt ⁊ circa colores hu/
iuſmodi plures differētie ɔtrie: ſed caſualr ſoluēti iductā du
bitationē ēt ſi ɔcedamus plures ɔtrietates quas dicit tñ oēs
has eē videmus circa ſubꝫ vnū cōe: qd eſt ꝓximū genus ea
rū: pme eniꝫ oēs ſunt in voce: ⁊ ſecūde oēs in colore. In tāgi
bilibus aūt nō iuenimus aliqd ſubm ꝓximū qd ſit genus ɔ/
trietatū ſuperius iductarū. Et ideo adhuc remanet dubiuꝫ:
vtrū tactus ſit ſenſus vnus vel plures: iducte ēt dr̄ie non di/
cūt cōtraria vltima: qa vltima ɔtria in quolibet genere ſunt
ſimplicia: ſꝫ magnitudo ⁊ paruitas: ⁊ lenitas ⁊ aſperitas nō
ſunt vltima in voce: ſed dr̄ie ſunt vocū mediarū: ſicut in lib.
de ſenſu ⁊ ſenſato oſtēdemus. Siſr autē eſt de his que ſunt
in colore. Qd autē in ſenſibus tactus non ſit genus vnuꝫ pa
tet: qa ſi cōſideramus ea ſm eē prout phicus iſta cōſiderat:
tunc calidū frigidū ⁊ humidū ⁊ ſiccum ſunt in qualitate: ⁊ le Nō q̄uo gra/
ue ⁊ graue: que cauſantur a raro ⁊ dēſo ſunt in ſubſtātia eo ue ⁊ leue ſūt i
ꝙ ſuper ſubſtātiaꝫ nō addūt niſi ſitū quendam qui eſt in par ſuba ſm Al/
tibus materie: oſtenſum eſt igitur demonſtratiue ꝙ ſenſus bertum.
tactus eſt plures virtutes tactiue: ⁊ ſic determinata eſt vna
ſuperius inductarum dubitationum.

¶ Cap. 31m. Qꝫ caro non eſt organum tactus.

Remanet autem querenda hec queſtio: vtrū or Tex.⁊ cō.109
ganum quo ſentimus intus ſit: an non. Qd au
tem organum tactiuū exterius ſit: ⁊ ſit caro que
mox occurrit tangibilibus: ſicut quidam dixe/
runt: illud eſt ſignum qd inducunt ad hoc pro/
bandum: ꝙ ſtatim ſit ſenſus ſm actum quan/
do tangunt carnem tangibilia: hec fuit cauſa ꝙ dixerūt car/
nem eſſe organum tactus: viderunt eniꝫ in alijs ſenſibus ꝙ
non ſit ſenſus ſm actuꝫ: niſi quando ſpecies ſenſibilis eſt in
actu vel in ſenſu: ⁊ arguebāt ex hoc ꝙ cū ſenſus ſit ſm actū:
ꝙ tunc habet ſpeciem ſenſibilem in organo: ſed tactus car/
nis ad tangibilia mox eſt ſenſus tactus ſm actum: mox igit̄
ſpecies tāgibilis recepta eſt in organo tactus: caro igitur or
ganum eſt: ⁊ non medium. Amplius autē prius tempore ſen
ſibile eſt in medio qꝫ in organo: quoniam organū accipit qd
redditur a medio: ⁊ medium accipit ab obiecto ſicut cōſtat
ex predictis: ſi igitur medium eſſet caro prius eſſet qualitas
tangibilis in carne qꝫ in organo: ſed non eſt ſm actum ſen/
ſus: niſi quando imutatum eſt organum: ergo qualitate ſen
ſibili exiſtente in carne: non eſſet adhuc ſm actum ſenſus: et
hoc nos experimur fore falſum: ⁊ propter iſtas rationes ma Sꝫ de Themi
gni viri de Peripatheticorum ſecta dixerunt carnem ner/ ſtio ɔſidera q
uoſam eſſe organum tangendi Alexander. ſ. ⁊ Themiſtius oppm tenet ɔ
⁊ poſterior eis Auicen. Sed quia Ariſt. opinio his non con Alexādrū ſic
cordat: dicimus nos nullum eſſe ſignum qd induxerunt ad pꝫ ab co. 2. de
probandum ꝙ caro mox ſenſibilibus occurrens ſit organuꝫ aia cap. 40.
ſenſus: cuius probatio eſt ꝙ ſi aliquis nunc circa carneꝫ ſuā

extenderit

extenderit aliquid tenue ſicut pellē vel mēbranā ꝛ faciat ſenſum p tactū tangibiliuȝ ſimiliter ſicut prius mox vt tetigerit tāgibile ſignificabit ſe ſenſui: ꝛ nō ē qualitas tāgibilis prius tēpore in mēbrana vel pelle ꝙ̄ ſentiat̃ in corpore: ꝛ tn̄ ꝯſtat ꝙ mēbrana nō eſt organū ſenſus. Si aūt aliquis dicat ꝙ nō eſt ſimile: qꝛ mēbrana ſupinducta carni eſt extranea: ꝛ caro eſt cōnaturalis ꝛ mēbrū aīati corporis: dicem⁹ ꝙ eſt ſimile ꝗ̄tū ad hoc ꝙ nō itercidit aliqđ tēpus iter ſentire ꝛ eē qualitateȝ ſenſibileȝ in pelle: ſed in hoc eſt diſſimile: qꝛ caro eo ꝙ nālis eſt: certificat ꝛ demonſtrat certius ſenſibile ꝙ̄ pellis: eo ꝙ ſicut diximus ipſa eſt pars ſentiētis: ſignū igit̃ qđ induxerūt fallax eſt.

Tex.ꝛ cō. 110. ¶ Caro aūt ad tangibilia videt̃ ſic ſe habere: ſicut ſi circulariter nobis aptatus eēt aer ſicut pars actualis aīalis ſentiētis exn̄s: tūc eniȝ p vnā partē noſtrā videremur ſentire: ꝛ ſonū: ꝛ odorē: ꝛ colorem: ꝛ ab vnitate illius partis qua ſentiremus videret̃ eſſe vnus qdā ſenſus auditus ꝛ viſus ꝛ olfatus: nūc aūt qm̄ determinatū ꝛ diſtinctū eſt a nobis medium per qđ ſentimus tria ſenſata inducta qꝛ determinata ſunt organa ipſoꝝ ſenſuū: ideo manifeſtū eſt ꝙ predicti ſenſus plures ſunt ꝛ nō vnus. Medium aūt forma cōiunctū nobis vel determinatū nō facit ſenſum vnū vel plures: ſed potius vna ꝓportio paſſiui ꝛ actiui facit vnā: ꝛ plures ꝓportiones faciunt plures.

Tex.ꝛ cō. 111 ¶ In tactu aūt eſt hoc imanifeſtum ꝛ latens: eo ꝙ mediū in ipſo nō pōt eſſe a nobis diſtinctū: cuius cā eſt ꝙ animata corpora ſentiētia oia cōponunt̃ ex tangibilibus per eētiā corporis: ꝛ ideo oportuit ꝙ nō per ſpēs ſuas tm̄: ſed etiā per ſuas eſſentias corporib⁹ aīatis ꝯiūgerent̃ in ſenſu: ꝛ ideo oportuit ꝙ actu pars eēt aīati mediū p qđ talia ſentit. Nec pōt eē ſimplex corp⁹ ex quo cōponit̃ corp⁹ aīatum trib⁹ de cauſis. Quaꝝ vna eſt ſm hāc intētionē principalis: qꝛ ſicut dixim⁹ ſupra: mediū nullā actu dȝ habere qualitateȝ illius ſenſibilis cui⁹ ē mediū. Et hoc nō pōt niſi altero duoꝝ modoꝝ. Quoꝝ vnus eſt: ꝙ ſit oino priuatū: ſicut abſonum ꝛ nō coloratū ad ſonū ꝛ colorē ſe hȝ. Alter aūt eſt ꝙ ſit tēperamētū ad equalitatē: ꝛ receſſerit ab excellētijs qualitatū ſenſibiliū: ꝛ hoc opȝ in tactu eē medium eo ꝙ ſentiēs nō pōt oino deſtitui qualitatib⁹ p̄mis: cū ex illis cōponat̃. Cū igitur iſte qualitates ſm excellentiā ſint in ſimplicib⁹: ſimplex corp⁹ nō potuit eē mediū ad eas: nec ex ipſo p̄t fieri corpus animatū.

Q꞉ corp⁹ aīatū ex ſimplici corpe cōponi nō poſſit triplici de cauſa.

¶ Scđa rō eſt: qꝛ ſi eēt ex his nō eſt ſuſceptibile diuerſitatis organoꝝ hoc aūt requirit oīs aīa terrena: vt ſupra diximus. ¶ Tertia vō rō eſt: qꝛ opȝ aliqđ ſirmū eſſe aīatū corp⁹ cōmixtum ex aqua marie ꝛ terra vt poſſint in eo fieri opatiōes vite ꝛ ſpūs. Si enim foret ſimplex aereū vel aqueū: tunc omni corpori ꝯtinuaret̃ qđ tāgeret ipm̄: ſi aūt eēt ex terra: tunc nō hēret aptitudinē ad vitā pp frigus ꝛ ſiccitatem que ſunt due qualitates mortificatiue: relinquit̃ igit̃ aīatū corp⁹ eē mixtū ex aqua ꝛ terra: ꝛ ex alijs: ꝛ opȝ vt mediū ſibi habeat coaptatū: vt vndiqȝ tāgat nocētia ꝛ cōueniētia: ꝛ recedat a nocentibus ꝛ ꝯueniētib⁹ p ſuā eſſentiā ꝯiungat̃: neceſſariuȝ ergo eſt ꝙ in eo qđ pōt tāgere: ꝛ hȝ potētiā tactiuā ſit aliqđ corp⁹ medium ſic mixtū p qđ ſiunt oēs ſenſus tangēdi: cū ſicut habitū eſt ſint plures: hoc aūt eſt caro que mox occurrit tāgētib⁹. Et ēt iō qꝛ nulla pars hoīs vel alteri⁹ ſentiētis ita ad eq̄litatē medij ſit mixta ſicut caro: neruus eniȝ ꝛ vene ꝛ alia: nō ita ad mediū ſunt tēperata ſicut caro: ꝛ iō nō incōueniēter ſunt media. Et ſi forte aliqs iferat ex hoc ꝙ tact⁹ eſt vnus ſenſus ab vnitate medij: nō valet illatio: qm̄ ſicut dixim⁹ ab vnitate medij nō ꝓbat̃ vnus fore ſenſus: ſȝ poti⁹ ab vnitate organi paſſiui ſm rōnē ꝛ ꝓportionē ad ſuū agēs.

Ex vnitate medij nō ſeq̄t̃ vnitas potētie.

Tex.ꝛ cō. 112. ¶ Hoc autē qđ demōſtrat ꝙ tactus eſt plures ꝛ nō vnus eſt p̄cipue tact⁹ qui eſt in lingua: ille eniȝ tact⁹ tāgit oia q̄ tangi pn̄t: ꝛ inſup tāgit ſaporoſa ſicut dixim⁹ ſm eādē partē lingue in qua eſt tactus: ꝛ ſiqdē ita eēt in toto corpore ſenſibili ꝙ ēt alia ps q̄libet ſentiret saporē cū tāgibilib⁹: tūc vl̃r videret̃ eē vnus numero ꝛ ſpecie ſenſus guſtus ꝛ tact⁹: ꝛ hoc idē videret̃ ſi lingua eſſet aīal. Nūc aūt diſcernunt̃ tact⁹ ꝛ guſtus eo ꝙ nō ſm quālibet partē ꝯuertunt̃: qcqd eniȝ guſtat ſapores ſm idem diſcernit tangibilia: ſed nō ꝯuertunt̃ ꝙ qcqd ſentit tāgibilia ꝙ ſm id iudicet ſapores. Que aūt ſubiecto ſepata ſunt eētialr̃ ſunt diuerſa: ꝛ iō guſtus ꝛ tactus eētialiter ſunt diuerſi ſenſus: lȝ aūt ipſi tactus ſubiecto nō diuerſificent̃: tn̄ formalr̃ pp cāȝ prius inductā neceſſe eſt tactiuas virtutes diuerſas eſſe.

¶ Cap. 32^m. Utrum actus idigeat aliquo medio extrinſeco.

His aūt ſic ꝯueniēter demōſtratis q̄ueramus an mediū qđ eſt in tactu actualis pars tāgētis imutet̃ ſemp p tactū corporis cui⁹ accipit qualitates: an ēt idiget medio exteriori. hoc eniȝ videt̃. ſcim⁹ eniȝ tactiuā v̄tutē hn̄tia nō habitare niſi in aere vel in aqua. ſcim⁹ ēt ꝙ nihil tāgit in aqua niſi ſm ſupficiē humidā vel humefactiuā eē. hūidā āt vel humefactiuā hn̄s ſupficiē hȝ aliqd corpis hūidi ſibi i ſupficie adherētis. Sed oē corp⁹ hȝ ꝓfunditatē: cū ꝓfunditas ſit tertia magnitudo ſiue dimēſio corpis. ḡ iter q̄libet ſe tāgētia in aq̄ itercidit mediū ꝓfundū hn̄s in quo q̄litas tāgētis prius eſt ꝙ̄ in ſenſu tact⁹: ꝛ ſic cū oiuȝ habitātiū i aqs vltima repleta ꝛ ifuſa ſint aq̄ oia tāgētia in aq̄ medio extrinſeco vtūtur in aq̄ p qđ ſit tact⁹ ipſoꝝ: eadē aūt neceſſitate ſeq̄t̃ hoc in aere qꝛ aer ēt hūidus eſt: ꝛ replet ꝛ ifundit vltimas ſupficies ſe tāgētiū. ſit igit̃ tact⁹ nō tm̄ p mediū itrinſecū ſȝ ēt p mediū extrinſecū. hoc aūt eſt ꝯ̄ rōnē tact⁹: qꝛ illa ſe ꝯtingūt quoꝝ vltima ſūt ſimul: nō itercidēte aliquo alio corpe. ſic igit̃ verus tactus nō pōt eē habitātiū in aq̄ vel in aere: lȝ in aere magis lateat ꝙ̄ in aq̄: eo ꝙ nihil eſt aer: ſicut ēt aīalia habitātia in aq̄ vt piſces: magis nos latēt ꝙ̄ in aere habitātia: eo ꝙ aer ē magis ſubtilis: ꝛ minus tegit ea q̄ ſunt in ipſo. Tex.ꝛ cō. 113.

¶ Ex his igit̃ dubiū orit̃: vtrū oium ſenſibiliū ſm vnā ſilitudinē ſit ſenſus p mediū extrinſecū: an quorūdā ſenſuū ſit aliter ꝙ̄ in alijs: ſicut guſtus ꝛ tact⁹ vident̃ accipe ſua ſenſata i eo ꝙ tāgūt ſua ſenſibilia corpali tactu ſm ſua vltima. Si eni oīs ſenſus ē p mediū extrinſecū lȝ qdā cū hoc tāgūt ſua ſenſata: ꝛ qdaȝ nō: ſed ſūt lōge diſtātia ab ipſis: ꝛ reddunt̃ eis a medijs: q̄ prio a ſenſib⁹ imutata ſūt: tūc oia ſenſata ſentimus p altera a nobis ꝛ extriſeca media: ꝛ tūc p mediū extrinſecū ſentim⁹ durū ꝛ molle ꝛ alia tāgibilia: ſicut ꝛ ſonabile: ꝛ viſibile: ꝛ odorabile: ꝛ nō erit dr̃ia in hn̄do mediū extrinſecuȝ iſtoꝝ qnque ſenſuū: ſȝ poti⁹ in ſentiēdo p mediū extrinſecū lōge vel prope: ꝛ ꝓpinqtas ſentiēdi p mediū extrinſecū erit cā q̄re latet ꝙ qdā hn̄t mediū extrinſecū cū tn̄ hēant: ſed qđ latet nō erit cā nō eēndi media. Qm̄ aūt ſupius diximus: ſi ponamus nos ſentire p pellē mēbrane nobis ſupinductā: q̄ ſit adeo tenuis ꝙ lateat nos oino: qꝛ ꝓhibet ſenſuȝ: eo ꝙ pcipi nō pōt ſi pri⁹ ſit qualitas ſenſata in pelle: ꝛ p pellē in carne: lȝ ſic lateat: tn̄ ꝓculdubio pellis eſt media p quā ſentimus: ꝛ eſt mediuȝ extrinſecū: ſicut dixim⁹ de aqua ꝛ de aere. Uidemus eniȝ nunc tāgere oia q̄ tāgi pn̄t: ꝛ nihil in ſenſu tactus videt̃ eē per mediū: cū tn̄ iter vltima tāgētiū itercidat humidū aeris ꝛ aque: quo repleta ſunt vltima tangētiū: ſicut diximus ſupra: videt̃ igit̃ mediū extrinſecū habere ſenſus tactus. Sed ad hec oia dicimus ſoluentes: ꝙ in veritate ita eſt ꝙ humido aque vel aeris ſe tangētia hn̄t inter ſuas ſupficies itercidēs aliqđ humidū corpus: ſed tn̄ hoc nō eſt mediū neceſſariū ad ſenſum: ſed accidit. Et in veritate eſt adeo tenue ꝛ ita adherēs ſe tāgentibus ꝙ vno tactu numero tāgit illud medium ꝛ imutat ſenſum: ꝛ iō tāgit p illud: nō ſicut p mediū: ſed ſicut p aliqd accidētaliter ſibi circūpoſitū. Tex.ꝛ cō. 114.

Tex.ꝛ cō. 115. ¶ Et iō differt hoc medium a medio qđ eſt in ſpeculatiuis ſm viſum ꝛ in ſonatiuis ſm auditū: qm̄ in viſu: in auditu: ꝛ olfatu ſit ſenſus: ita ꝙ nos i eis facimus nobis mediū aliqd qđ agat in organū: ꝛ ab obiecto agat̃ in ipm̄. Et iō in illis ſenſibilib⁹ mediuȝ aliquo mō ſm intētionē ſenſibilis agit in nos ſenſibile qđ i ipm̄ egit forma ſenſibilis. Nō qdē tēporis prioritate: qꝛ in momēto precipue in viſu imutat̃ ꝛ mediū a viſibili: ꝛ viſus a medio: ſed tamē eſt ibi prioritas cauſe: qm̄ ſenſus nō imutat̃: niſi cauſaliter imutatū ſit mediū: ꝛ hoc mediū nec̄ium eſt ad ſenſum. Sed que ſentiunt̃ vel ſentiri poſſunt in guſtu ꝛ tactu: nō requirūt mediuȝ extrinſecū ꝓpter eſſe ſenſus: ſed per accidens vel ad bene eē ſenſus: ad bene eſſe quidē guſtus ſicut diximus: p accidens aūt tactus pp ifuſionē vltimoꝝ ab humido aque vel aeris. Et ideo tangibilia nō ſentiunt̃ a medio: ſicut ſit in ſenſibus viſus ꝛ auditus ꝛ odoratus: ſed potius ſentiunt̃ ſimul cum medio qđ infundit vltima. Et hoc ſimile eſt clipeato qui percutitur: nō enim ſic percutit̃ clipeus ꝙ clipeus percuſſus vlterius percutiat hoiem: ꝛ reddat ſibi percuſſioneȝ: ſed potius ſimul vno ictu percutit̃ clipeus ꝛ clipeatus: ꝛ ita eſt in his que ſe tāgunt in humido aque vel aeris. Hec igitur que hic dicta ſunt: ſnia eſt Ariſtotelis ſm veꝝ ꝛ ſubtiliorē intellectum eoꝝ que dicit in ſecundo de anima de tactu.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶Cap.33ᵐ. Et eſt digreſſio dicens intentiones Alexandri: Themiſtij: Auerrois: ⁊ Auicēne.

Sed Alexāder ⁊ Themiſtius hic diuerterunt a veritate ⁊ erranerūt. Opinati ſūt eni Ariſt. dixiſſe nō eē tactū habitātiū in aere ⁊ aqua niſi p mediū aerē vel aquā: tāq̄ tactꝰ idigeat medio extriſeco: ⁊ tūc negāt hoc de rōne dicti Ariſto. opponētes ꝙ tactus aiatoꝝ in aere ⁊ aqua ſentit qualitates aeris ⁊ aque ſine medio: ⁊ ita nō fore medium neciuꝫ ſemp in his q̄ ſe tangūt in aere vel in aqua: ⁊ intellectū hūc etiā multi modernoꝝ vel latinoꝝ habuerūt ante hec tēpora ſequētes Alexādri ⁊ Themiſtij errorē. Sed ꝯ iſtos ē ſnīa Auerrois dicētis: ꝙ locus ⁊ locatū ſimilia ſunt ſꝫ nām: ⁊ iō habitātia in aqua: nō ſentire dicit qualitates aque ſꝫ ꝙ eſt locus ꝯnālis talibꝰ aīalibꝰ: ⁊ idē dicit de qualitatibꝰ aeris ⁊ in aere habitātibꝰ: cū aūt intēdunt q̄litates iſtoꝝ elemētorū: ⁊ efficiunt diſſimiles aīaliū qualitatibꝰ que habitāt i eis hoc nō ſit niſi vt dicit p admixtionē corpoꝝ calidoꝝ vel frigidoꝝ cū ipſis. Et intm̄ ꝓducit ſuū ſermonē ꝙ dicit aquā non calefieri niſi p admixtionē corpoꝝ calidoꝝ: ⁊ eſt rō ſua: q2 frigiditas eſt nālis ꝓprietas aque ſicut caliditas ignis: ⁊ ideo manēs aqua pura nō deſerit frigiditatē vt dicit. ¶Nos aūt nullatenus hoc credimus fore veꝝ: q2 nos videmus oculis aquā calefactā p ſeipſam redire ad frigiditatē: ⁊ hoc nō faceret niſi in nā ſua frigida eēt: ⁊ cum nihil videamus ſeparari ab ea non dꝫ redire ad frigiditatē q̄diu eſt cōmixta corporibus illis calidis. Adhuc aūt ſm eū nunq̄ alteratio ſit in ſimplicibꝰ elemētis: que mutatio eſt ſm ſolā qualitatē: que oīa abſurda ſunt pp qd dictū ſuū nō credimus eē veꝝ. ¶Bene enim dixerūt Alexā. Themi. ⁊ Auic. opinātes qualitates aeris ⁊ aque ſentiri ſine medio extrinſeco: ſꝫ nō ſubtilr̄ Ariſto. dicta itellexerūt: qm̄ opinati ſūt Ariſ. itellexiſſe tactū medio extrinſeco idigere. Quid aūt ſit mediū in tactu: poſterius dicet. Qd aūt dicit Auerrois ꝙ ſimilia p tactū non ſentiant: ⁊ ꝙ locus ⁊ locatū ſimiles hn̄t qualitates in parte eſt veꝝ: ⁊ in parte falſum: cū aūt oīs paſſio primo ſit diſſimiliū: poſtea facta mutatiōe ſit ſimiliuꝫ: ⁊ ſenſus eſt paſſio quedā: opꝫ ꝙ oīs ſenſus primo diſſimilis ſit: ⁊ tūc ſuā ſentit p obiectuꝫ imutationē. Facta aūt imutatione: tūc ſenſus eſt ſimilis rei ſenſate in ſpecie ſenſibili: ⁊ tūc nō ſentit ſe imutari: ſed iam pfectius iudicat de ſenſibili: cuiꝰ apud ſe ſpēm hꝫ: ⁊ ita eſt de tactu: q̄diu ei qualitates tactiue qualitatibꝰ aīalis tangētis diſſimiles ſunt: tūc ſentit hoc qd tangit: ſi aūt penetrauerint ⁊ iformauerint carnē ⁊ cetera mēbra tāgētia: tūc nō ſentiunt amplius. ¶Et huiꝰ ſignū eſt ꝙ febricitātes ſentiūt calorē innālem: eo ꝙ excedit calorē cōplexionis: ſed ethicus q maiorem q̄ febricitās hꝫ calorē nō ſentit eū: q2 iformat mēbra ⁊ factus eſt quaſi nālis: ⁊ ſic eſt in omni paſſione ⁊ i omni ſenſu. ¶Qd aūt dicit locū ⁊ locatū ſimiles hr̄e qualitates: nō oīno veꝝ ē: q2 loci qualitates ſunt q̄litates ſimplices: ⁊ locati qualitates ſunt cōpoſite. Probatū aūt eſt in lib. pigeneſeos: ꝙ qualitates mixtoꝝ ſunt reducte ad mediū: ⁊ qualitates ſimplicium ſunt in excellētia. ¶Et ſi dicat ꝙ ſimplicia in locis generatorum cōpoſitoꝝ nō ſunt ſimplicia ſed permixta videt hoc eſſe nō oīno veꝝ: q2 lꝫ permixta ſint: nō tn̄ hn̄t talem permixtionē que miſcibilia ducat ad medium: ſed potius in qua vnū elementū ſuis in qualitatibus ſaluatum eſt: ſed nō eſt oīno depuratum ab altero qd euaporabiliter eleuatur in ipſo.

Opio Auerrois in cō. 115.

Improbatio.

Opio ꝓpria.

Solō ad motiuū Auerrois

Qꝫ febrientes febre ethica cū habeant maiorem calorē febriētibꝰ febre putrida nō ſētiūt calorē ſuū

Nō oīs pmixtio i elātis exiſtētibꝰ in locis gn̄atoꝝ ſimplicitatē tollit ab ipſis.

¶Cap.34ᵐ. De medio tactus qd ſit: ⁊ quot modis dicatur.

Tex. ⁊ cō. 116.

Omnino aūt videt caro ⁊ extremitas in lingua in guſtu: ⁊ ſic p oīa ſe habere in mediādo: ſicut ſe habēt aer ⁊ aqua in viſu ⁊ auditu ⁊ olfatu: in oībus eniꝫ ſenſibꝰ gn̄aliter videt ꝯuenire: ꝙ illius nullus ſit ſenſus: quo ſicut iſtrumēto ſentimus: qn̄ ſine medio tangit a ſenſibili primo: vt ſi quis ponat corpus albū in oculi vltimū quo videmus ſicut inſtrumēto q eſt humor cryſtallinus ſiue glatialis: māifeſtū eſt igit ex hoc ꝙ poſſibile tāgi qd eſt inſtr̄m tactus eſt intus ſub carne: ⁊ tn̄ nō eſt caro ipſa: q2 ſic neceſſe eſt accidere in tactu: ſicut in alijs ſenſibus: ſenſibilia eni appoſita ſine medio ſunt id quo ſentiūt aīalia ſicut inſtr̄o nō ſentiūt: ſed tangibilia poſita ſup carnē ſentiunt: ergo caro erit mediū in tactu ⁊ nō inſtr̄m: cā aūt quare nō ſentiunt inſtr̄a niſi a medio hoc eſt: q2 in iſtrumēto eſt vis ſenſitiua ⁊ hec nō accipit niſi ſpēm in omni ſenſu: ⁊ iō opꝫ ꝙ in organo nō ſit niſi ſpēs: ⁊ ideo non pōt fieri tactus corporis ſm nām ſenſus: ſed opꝫ ꝙ ſpēs ſit in medio ⁊ a medio fiat in inſtr̄o ſed hoc videt forte mirabile: cū omni tētanti p experimentū cōſtet neruos fore magis ſenſibiles qn̄ tāgunt a ſenſibus q̄ ipſaꝫ carnē qd eſt ꝯ predicta. Adhuc aūt p anathomiā ꝓbatū eſt qm̄ caro nō hꝫ ſenſuꝫ niſi ſibi miniſtratū a neruo: ⁊ iō videt ſnīa iducta eē falſa nec ſolū in carne ſit ſenſus: ſed in oſſibus qbuſdā ſicut in dentibus ſicut experimēto ꝓbat: ⁊ iō Auic. ⁊ multi alij hāc ſnīam Ariſtotelis imitari cōtēpſerunt ⁊ dixerūt carnē neruoſam eē organū tactus ⁊ nō eſſe in tactu ſicut in ceteris ſenſibus: qm̄ tactus nō tm̄ eſt vis quedā ⁊ potentia ſenſitiua aīe: ſed ē forma que facit alias eē: qm̄ nullū animal eſt ſine tactu: ⁊ omne qd hꝫ tactū eſt aīal: ⁊ iō tactus nō eſt in vno mēbro ſed eſt in multis ſicut oīs forma ſubſtātialis actū quē hꝫ eēntialē operatur in tota mā ⁊ nō in vna eius parte tm̄: ⁊ iō dicūt tactum nō habere mediū aliqd cuiꝰ adhuc iducūt rōnē: q2 .ſ. animal ſentiēs ex tangibilibꝰ cōponit ⁊ ex illis ſaluat ⁊ corrūpit: ⁊ iō opꝫ ꝙ ſine medio eiſdē ꝯiungat: nos aūt veritatē ſaluare cupiētes ⁊ reuerentiā exhibere Ariſto. principi phoꝝ dicamus carnē eē mediū tactus: ſed carnē gn̄aliter vocamus id qd vere caro eſt: vel id qd eſt ſimile carni: ſimile aūt carni dicimꝰ tripliciter accipi: vno qdē modo mēbꝝ qd loco carnis eſt in aīalibꝰ ſanguinē nō hn̄tibꝰ: alio aūt modo dicit caro vel ſimile carni id qd vicinat medietati ⁊ equalitati cōplexionis que eſt in carne: ſicut dētes: ⁊ iō dētes creſcunt in his in qbꝰ alia oſſa nō creſcūt: ⁊ experimētū huiꝰ eſt ꝙ ei q dētes ſuperiores vel iferiores hn̄t extractos ille videbit dētes illis oppoſitos ſup alios ꝓlongari: ⁊ hoc nō eēt niſi creſcerēt p nutrimētū: videmus enim in ſenibꝰ qbuſdā dentes extractos creſcere: qd nō fieret niſi eēnt vicini carnis cōplexioni qm̄ caro ſola eſt que influit ⁊ effluit p nutrimētū reſtaurata p totā vitaꝫ aīalis: ⁊ ideo dixit Galenus ⁊ Auic. ꝙ dētes hn̄t mediuꝫ in tactu ſicut ⁊ caro pp qd etiā mēbra mollia quoꝝ cōplexio ad equalitatē carnis nō accedit nō ſentiunt ſicut epar ⁊ cerebrū ⁊ hmōi: ⁊ ſi aliqn̄ in eis ſentit dolor hoc eſt in pāniculis q ſūt circa ſubſtātias eoꝝ. Tertio aūt modo dicit ſil'e carni qd carni eſt cōmixtū ſicut nerui: nō enim pōt eē ꝙ nerui multū immixti carni nō multū ſunt ſil'es carni cū ex corde vel eodē trahant nutrimētū: cuiꝰ ſignū eſt: q2 nerui in vtroqꝫ fine ꝯiuncti oſſibus ſicut nerui qui vocant funes ſiue ligamētū oſſiuꝫ pp ſimilitudinē quā habēt ad oſſa nō ſentiūt: dicimus igit neruos ſenſitiuos in loco vbi ſenſum habuerūt nō ſentire ſi ſine medio tangunt a ſenſibili: ⁊ hoc eſt in loco vbi a cerebri anteriori parte oriunt: illi eniꝫ cōplexionē carnis nō habēt: ſed potius cerebri vnde oritur ſenſus: alibi aūt vbi carni imixti ſunt ⁊ medietati carnis vicini ſenſum habēt: q2 illi ſunt plus habentes rōnem medij in tactu q̄ organi rationem.

Opio Auicē. d organo tactꝰ.

Nō q̄lit epar cerebruꝫ ⁊ huiuſmodi nō ſētiūt niſi merito pāniculi inuoluētis ꝫ.

¶Cap.35ᵐ. Qualiter ſe habet tactus ad tangibilia.

Tex. ⁊ cō. 117.

Nunc aūt ea que tāgi pn̄t que tāgibilia vocamus differētie corporis phıci ſm ꝙ eſt corpꝰ phicū: dico aūt illas eē differētias tales quales eas qualitates q̄ elemēta adinuicē diſtinguūt ⁊ determināt .ſ. calidū ⁊ frigidū ⁊ humidū ⁊ ſiccū de qbus prius in ſcōo pigeneſeos dixīmꝰ vbi tractatū eſt de elemētis: id aūt quo ſentimꝰ ſicut organo in quo ſitus eſt ſenſus q vocat tactus: pmo eſt potētia hmōi pars: poſt alterationē aūt a ſenſibili factā eſt actu hmōi. ¶Sētire eſt enim qddā pati: ⁊ iō faciēs ⁊ agens ſenſum ad ſimilitudinē ſue ſpeciei eſt actu ⁊ patiēs ē potētia habēs formā agētis: ⁊ cū oporteat oēs partes aīati corporis eē mixtas ex tāgibilibꝰ differētijs: neceſſe eſt ꝙ organū ⁊ mediū in tactu aliquo modo habeāt iſtas qualitates ⁊ ſm ꝙ hꝫ eas nō ſuſcepit eas: q2 nihil ſuſcipit id qd iam hꝫ: cū igit hꝫ eas ad equalitatē medij reductas: hoc mō nō ſuſcipit eas: ⁊ iō nullus oīno tactus ſentit qualitates ſibi p oīa ſil'es: ſed tactus priuatꝰ eſt excellētia illaꝝ qualitatū: ideoqꝫ in potētia eſt ad illas excellētias ⁊ illis imutat a tangibilibꝰ: ⁊ ideo tactꝰ ſimile ſibi calidū ⁊ frigidum ⁊ durū ⁊ molle ⁊ reliqua nō ſentit: ſed excellētias tanq̄ ipſe ſenſus exiſtat in medietate quadā cōplexionis iter ſenſibiles ꝯrietates ⁊ iō nō diſcernit ſenſibilia tactus: q2 mediuꝫ neutrū eſt extremoꝝ ⁊ cū priuatū ſit vtroqꝫ modo potētia eſt vtrūqꝫ: ⁊ iō diſcretiuū eſt ipſoꝝ: ad vtrūqꝫ enim ipſoꝝ cōparatū eſt ſicut alteꝝ: q2 mediū cōparatū extremo ē extremuꝫ

Tex. ⁊ cō. 118.

etiam: cũ extremo ſit priuatio que põt imutari ad ſuũ oppoſi
tũ hoc modo ꝯſideratũ id quo tãgimus põt imutari ad ſen/
Tex.ꝛ cõ. 119. ſum ab extremoꝝ vtroqꝫ. ¶ Et opꝫ eẽ in tactu ſicut ꝛ ĩ viſu.
Id enĩ quo ſentim⁹ in viſu albũ ꝛ nigrũ: nec albũ nec nigrũ
eſt in actu: ſed vtrũqꝫ potẽtia: ꝛ ſilr eſt in oib⁹ alijs ſenſib⁹: ꝛ
ita eſt in tactu ꝙ id quo ſentimus nec frigidũ nec calidũ eſt
excellẽter: ſed mediũ qđ eſt in potẽtia vtrũqꝫ ꝛ actu neutrũ.
Tex.ꝛ cõ. 120. ¶ Amplius aũt ſicut viſibilis ꝛ inuiſibilis erat viſus mõ quo
dã diuerſo: ſic facit in oib⁹ ſenſib⁹ ſicut determinatũ eſt: ita ẽt
tãgibilis ꝛ nõ tãgibilis eſt tactus: nõ tãgibile aũt dicit̃ multi
pliciter qđ .ſ. hꝫ paruã differẽtiã ꝛ minorẽ q̃ ſenſum mouere
poſſit ſicut paſſus eſt aer: q2 nõ ſentit̃ tactu: dicit̃ etiã nõ tãgi
bile excellens qđ corrũpit tactũ: ſicut ignis: nõ tãgibile autẽ
qđ nullã hꝫ tactus differẽtiã nullũ oĩno eſt corpus: q2 ſicut di
ximus tactus differẽtie corpora phĩca determinãt: q2 ex ſolis
qualitatib⁹ tactus corp⁹ aĩatũ ꝯſtituit̃: idõ ſola illa p ſe corpo/
ri aĩato ꝯueniunt: vel ꝯ̃rian̄t: ꝛ idõ ſenſibilis delectatio ꝛ ſenſi
bilis triſtitia nõ eſt niſi in tactu: in alijs aũt ſunt inquãtũ vi/
cinius vel diſtãtius tactus iudicãt delectatiões: hoc aũt in
libro de ſenſu ꝛ ſenſato certificabit̃: ſic igitur dictũ ſit figura/
liter hoc eſt ſufficietenus de vnoquoqꝫ ꝓprioꝝ ſenſuum.

¶ Tractatus quartus ſecũdi libri qui eſt de cõibus ſenſuum.
¶ Cap. p̃m. Qꝫ omnis ſenſus ſuſceptiuus eſt ſpẽꝝ ſenſibiliũ.

Tex.ꝛ cõ. 121. Communiter aũt con/
uenientia ſenſib⁹ ꝛ de ſenſu cõi dõm eſt poſt
hoc: primũ autẽ qđ cõiter ꝯuenit omni ſen/
ſui ſm ꝙ eſt ſenſus eſt: ꝙ ois eſt in gradu il
lo apprehẽſionis qđ accipit ſpẽm ſenſibilem
ſine mã: mã tñ p̃nte ſicut cera accipit figurã
ſigilli ſolã: abſqꝫ eo ꝙ aliqd de mã ſigilli cõ/
ſluat in cerã accipit figurã anuli ſiue ſigilli aurei vel ferrei: ſi
ne auro vel ferro: ꝛ tñ accipit aureã ſiue ferreã figurã: hoc eſt
eã que ſm eſſe materie fuerit ꝛ eſt auri vel ferri ꝛ nõ alteri⁹
nihil accipit tñ de auro ꝛ ferro: ꝛ ſimiliter ſenſus accipit vni/
uſcuiuſqꝫ ſenſibilis ſpẽm: colorẽ .ſ. ꝛ ſaporẽ ꝛ ſonũ: patiturqꝫ
ab hmõi ſenſibilib⁹ ſpeciéb⁹: nõ inquãtũ vnaqueqꝫ ſenſibi/
liũ eſt vnũqđqꝫ ſenſibiliũ ſm eſſe materiale: ſed iquãtũ vnũ/
qđqꝫ illoꝝ eſt in eẽ intẽtionali ꝛ ſm rõnẽ ſicut prius in antece
dentib⁹ diximus: videt̃ aũt fortaſſis hoc de tactu ꝛ guſtu nõ
fore veꝝ ſm prius determinata: q2 diximus ſenſibilia eorũ
Nõ qño tactui cõpetat hoc q̃ eſt recipe ſpẽꝫ ſine mã. ℥. ſm eſſe mãle fieri in ſentiẽtib⁹. Sed ad hoc itelligẽdũ eſt ꝙ
nos vocamus hic ſenſum virtutẽ ſenſibilẽ in primo organo
ſenſitiuo ſitã: illi enim a medio nõ reddit̃ niſi ſpẽs ſola ſenſi/
bilis ſm ꝙ vnaqueqꝫ virtutũ ſenſibiliũ iudex qdã eſt differẽ
tiaꝝ ſenſibiliũ que ſibi obijciunt̃: ꝛ hoc modo omni ſenſui cõ
uenit ipm eſſe ſuſceptiuũ ſenſibiliũ ſpecieꝝ: ſine omni mã ꝛ
Tex.ꝛ cõ. 122. eſſe mãli: mã tñ p̃ſente. ¶ Id aũt qđ primũ eſt quo ſentimus
eſt id in quo ſenſibiliũ ſpẽs ſole ſine mã potẽtia ſunt primo: ꝛ
poſt in actu: qñ iam hꝫ eas: ꝛ ſequit̃ ex iſto ꝙ primũ ſentiens
cũ eſt in actu: eſt tale quale qdẽ ipm ſenſibile: ſed alteꝝ eſt eẽ
eius hinc ꝛ inde ſm ꝙ eſt in eẽ intẽtionali actus ſenſus: ꝛ ſꝫ
ꝙ eſt in eſſe mãli magnitudo q̃dã: ſiue corpus ſubm ſenſib⁹:
magnitudo enim mãlis ſubiecta ſenſib⁹: non eſt id qđ ſentit̃
ſm ꝙ ſenſatũ actus eſt ſenſus: ſed q2 eẽ ſenſitiuũ qđ eſt eſſe
intẽtionale. Silr aũt nec ipſe ſenſus ſm actũ factus eſt ma/
gnitudo: ſed eſt rõ q̃dã itẽtionalis ipſius ſenſibilis ꝛ ſenſus
habẽs talẽ intẽtionẽ in potẽtia ſenſibilis que iudex eſt ipſi⁹:
ois enim potẽtia alicui⁹ ꝛ rõ hꝫ ꝓportionẽ ad ipm recipiẽdũ:
que ꝓportio ſi ſoluat̃ nõ erit amplius potẽtia: opꝫ enĩ poten
tias primas p aliqd eſſe primas: ꝛ precipue potẽtias habi
tuales que ſunt ſicut eſſe primũ armoniã hñtes ad actus ſe/
cundos q eliciunt̃ ex ipſis: dixim⁹ aũt ſupius ꝙ ſenſitiui pri
mi pfectio eſt a generãte ꝛ ſpẽs ſenſibiliũ ſunt in ipſis: ſicut
actus ſcđi armonice: q̃ potẽtia ſenſitiua ꝓportionat̃ ſenſibili
Tex.ꝛ cõ. 123. qđ accipit. ¶ Et idõ ex illo manifeſtũ eſt ꝓpter qđ excellentie
ſenſibiliũ corrũpũt ſenſum: qñ excellẽtie excedũt armoniã: ꝛ
ſoluit̃ tunc ꝓportio quo ad ſenſibile cõparatũ ad organũ ſen
tiendi: ſicut in ſymphonia qñ armonice extẽſe ſunt chorde:
ſi quis forti⁹ q̃ armonia pmittat pcuſſerit chordas: corrum
Tex.ꝛ cõ. 124. pit armoniã. ¶ Ulterius aũt ex dictis manifeſtũ eſt: q2 plan
te nõ hñt ſenſum: lꝫ enim patiantur a tangibilib⁹ que agunt
actione mãe ꝛ nõ tñ actione ſpeciei: ꝛ lꝫ habeãt quãdã partẽ

aĩe: tñ q2 organa plãtaꝝ nõ ſunt armonice proportionata ad
ſolas ſenſibiliũ ſpẽs recipiẽdas: nõ p̃nt ſentire plante: carent
aũt hmõi armonia in organis ꝓpterea ꝙ terreſtres ſunt: ꝛ
ideo actiones eaꝝ ab actionibus mãlibus eleuari non poſ/
ſunt: ſed patiunt̃ paſſione materiali nõ formali ſicut dixim⁹:
ideo dicẽtes plantas hẽre duos ſenſus guſtũ .ſ. ꝛ tactũ abſqꝫ
dubio errant: q2 lꝫ trahant nutrimentũ ꝛ alterẽtur tangibili
bus; tamẽ nõ iudicant ſapores: nec alterantur alteratiõe ſpe
ciei tñ: ſed alteratione materie: hoc eſt igitur qđ conuenit
ſenſui omni inquantum eſt ſenſus.

¶ Cap. 2m. Utrũ aliqd nõ habẽs ſenſum patiat̃ a ſenſibus.

Dubitabit aũt fortaſſe aliquis ſi aliqd patiatur Tex.ꝛ cõ. 125.
ab odore: hoc eſt ab odoris ſimplici ſpecie: qđ
impoſſẽ eſt hẽre olfatum: aut a colore ſiue a co/
loris ſimplicis ſpecie qđ videre nõ põt: ſilr autẽ
eadẽ rõ dubitationis eſt in alijs: ſi enim qđ eſt
olfatus actiuũ ad actũ eſt odor ꝛ relatiue dicun
tur adinuicẽ ꝓpriũ actiuũ ꝛ ꝓpriũ paſſiuũ: tunc poſito vno
ponit̃ alteꝝ: ꝛ deſtructo vno neceſſe eſt alterũ deſtrui: igit̃ in
quo eſt odor ſicut in ꝓprio paſſiuo neceſſe eſt hẽre olfatũ ſi/
cut ſequi videt̃ ꝙ nihil hñs olfatũ modo predicto patiat̃ ab
odore: eadẽ aũt eſt rõ in alijs ſenſib⁹: q2 ſicut ſepe dixim⁹ nõ
quelibet paſſiua vel paſſibilia recipiũt actus actiuoꝝ quorũ
libet: ſed actus ſenſibiliũ recipiunt q̃dã paſſiua ſm ꝙ armo/
nice ſunt ſenſitiua eoꝝ. ¶ Silr aũt hoc idẽ manifeſtũ eſt ẽt: Tex.ꝛ cõ. 126.
ſicut lumẽ enim tenebra odor ſonus ꝛ alie ſimplices ſpẽs ſen
ſibiles ſm ꝙ hmõi: nihil oĩno agunt in corpora nõ hñtia ſen
ſus actione ſpẽi tñ: ſed ſi agũt in ipſa hoc eſt actione nõ ſpẽi
ſed mãe: ſicut qñ dicit̃ ꝙ tonitruus ſcindit lignũ nõ agit ad
ſciſſurã ligni vꝫ ſoni ſpẽs ſimplex: ſed poti⁹ aer p motũ quo
mouet̃ qui eſt cã ſonãdi: ꝛ p cãm eãdẽ multũ ſonãtia ſcindũt
turres ꝛ muros: q2 aer cõtinuus vſqꝫ ad auditũ mouet̃: qñ
defert ſonũ ꝛ cũ eſt in muris cõmouet muros ꝛ idõ ẽt acuti ſo
ni dẽtes ledunt cõmouẽdo eoſdem: lꝫ aũt ita ſit de ſpẽb⁹ ſen
ſuũ q ſunt p mediũ diſtãs tñ tãgibilia ꝛ ſapores vident̃ age/
re alterãdo in ea que nullũ hñt ſenſum ꝛ q̃ ſunt inanimata.
Si enĩ illa dicerent̃ nõ agere que ſunt inaĩata: tũc nõ p̃nt ali
qua iueniri a qb⁹ inaĩata ꝛ aĩata alterent̃. ¶ Si aũt cõcedit̃ Tex.ꝛ cõ. 127.
ꝙ a ſenſib⁹ tactus ꝛ guſtus patiunt̃ inaĩata queram⁹ vtrum
ne etiã a ſenſib⁹ alioꝝ ſenſuũ trium patiant̃ inaĩata. Sed di
cendũ vtiqꝫ ꝙ nõ omne paſſiuũ eſt ab odore ſuo ꝛ colore: ſm
ꝙ ſunt intẽtiones ſenſibiles: q2 etiã ſi media eoꝝ patiant̃ ab
intẽtionib⁹ ſenſibilib⁹ tñ media ſunt ideterminata: ꝛ nõ ma
nent in eis tanq̃ forme pmanẽtes iſte intẽtiones: ꝛ idõ nõ ve
re ꝛ phĩce patiunt̃ ab eis: ſed trãſeunt p ea ad ſenſus ꝛ ferun
tur p ea ſicut aliqđ patiẽtia ſm qđ ꝛ nõ ſimplr. ¶ Sed tunc Dubium.
querit̃ q2 ſi odorare ẽ etiã pati aliquid a ſpecie tũc vna rõne
patit̃ mediũ qđ eſt corpus inaĩatũ ꝛ ſenſus a ſpecie ſenſibi/
li: ꝛ tũc ſm eadem patiunt̃ ꝛ alterant̃ aĩata ꝛ inaĩata. Cuius
ꝯtrariũ in lib. de ce. ꝛ mũ. nos determinauim⁹. ¶ Et ad hoc Solutio.
dicim⁹ ꝙ odorare nõ eſt abſolute pati aliqd a ſenſibili perce/ Odorare nõ ẽ abſolute a ſenſibili pati: ſed odorare ẽ ſentire ꝛ iudicare odorem.
pto: ſed potius odorare eſt ſentire ꝛ iudicare odorẽ qđ eſt ſe
cũda ſenſus pfectio: ꝛ nõ eſt tñ pati ſꝫ opari aliqd ꝛ hoc mo
do ſenſibile ad opationẽ ſenſus nõ agit in id qđ eſt inaĩatũ:
eſt igit̃ totius hui⁹ qõnis ſolutio ſiue determinatio ꝙ ſenſi/
bile duplr accipit̃ formalr .ſ. ꝛ mãliter hoc ẽ ſenſibile in eo ꝙ
eſt ſenſibile: ꝛ hoc eſt qđ agit ad operationẽ ſenſus ꝛ ſm hoc
nõ agit niſi in corpus aĩatũ aĩa ſenſibili: ſic ſenſus ꝛ ſenſatũ
ſunt correlatiua: que poſita ſe ponunt ꝛ perẽpta ſe pimunt: ſi
aũt accipiat̃ id qđ eſt ſenſibile in quocunqꝫ ſenſu: tunc illud
agit alterãdo etiã corpora nõ animata: ꝛ hoc modo ſenſus ꝛ Nota qño ſenſus ꝛ ſenſibile ſunt correlatiua ꝛ qño non.
ſenſatum correlationem adinuicem nõ habent ꝛ hoc modo
quecũqꝫ alterant animata: alterant etiam inanimata.

¶ Cap. 3m. In quo eſt probatio ꝙ nõ eſt ſenſus p̃ter quinque
per naturam mediorum.

Quoniã aũt nullus eſt ſenſus ꝓpri⁹ p̃ter qnque Tex.ꝛ cõ. 128.
qui ſunt viſus audit⁹ guſtus tact⁹ ꝛ olfat⁹ ex his
que nũc dicem⁹ accipe põt aliqs fidẽ: ſi enĩ nos
oia ſenſibilia p mediũ nobis ꝯiunctũ ꝛ oia ſen/
ſibilia p mediũ diſtãs ſentim⁹ iſtis qnque ſenſi
bus quos hẽm⁹: tũc nullus nobis dꝫ deeſſe ſen/
ſus: qñ ſenſus nõ habet̃ niſi p ſenſibiliũ cognitionẽ q̃ p me/
diũ ꝯiunctũ vel p mediũ diſtãs ſentiunt̃. Qđ aũt his qnque
oia talia ſufficiẽter ſentiant̃ iducẽdo mõſtrat̃ ſic: in phyſicis

enim oſtenſum eſt ꝙ oīs aīalis cuiꝰ eſt aliqs ſenſus ille eſt ta
ctus: ſed nō ꝯuertitꝛ: hūc aūt ſenſuꝫ q tactus dicitꝛ ⁊ eſt ꝑ me
diū ꝯiunctū nobis: ſufficiēter habemꝰ cū ſint plures. Qꝺ aūt
ſufficiēter tactū hēamꝰ: pꝫ qꝛ oēs differētias poſſibiles tangi
ꝑ hos tactꝰ quos hēmus ſufficiēter ſentimꝰ: ſi eni deeſſet no
bis aliqs illoꝝ ſenſuū deeſſet nobis etiā organū ⁊ mediū il/
Tex.⁊ cō. 129. lius ſenſus. ¶ Quecūqꝫ aūt tāgētes ſentimus illa ſunt ſenſi/
bilia obiecta tactu: ⁊ illa hñtes in ſenſu tactus ꝯtingimꝰ: ſilr
aūt eſt de guſtabilibꝰ que ſufficiēter ſentimus ꝑ extremū lin
gue tāgētes: igitꝛ nō ſūt plures ſenſus ad ſentiēda ea q̄ tactu
ſentiri debēt: ſiue vlr: ſiue ꝑticulariter ẜm ꝙ guſtus eſt qdā:
nō ergo nobis deeſt aliqs illoꝝ ſenſuū q ſunt ꝑ mediū itrin/
ſecū: ſimiliter aūt ꝓbauimꝰ ꝙ nō deeſt nobis aliqs illoꝝ qui
ſunt ꝑ mediū extrinſecū: q̄cūqꝫ enim ſentimꝰ ꝑ media ⁊ non
ipſi tāgētes iam ſentimꝰ ꝑ ſenſuꝫ intētionalr ꝑ diſtātias ſim
pliciū corpoꝝ q̄ ſunt aer ⁊ aqua q̄ ſunt media triū ſenſuū: illa
eniꝫ ſic ſe hñt ꝙ ſunt mediātia diſtāter ad ſenſus: ⁊ iō ſi plu/
ra ſenſibilia poſſent ſentiri ꝑ organū vnū: tūc hñs illud orga
nū ꝑ qꝺ ſentiret ſufficiēter illa plura ſenſibilia: ſufficiēter ha/
beret plures ſenſus: qm̄ nō deeſſet ei ſēſibiliuꝫ cognitio: ſicut
ſi diceremꝰ ꝙ organū ſenſitiuū eēt ex aere ⁊ ꝙ aer eſt mediū
ſoni ⁊ coloris: ille q hēret huiꝰ organū ſufficiēter ſentiret per
organū vnū duo ſenſata dīa genere. Similr aūt ſi plura or/
gana ⁊ media ſunt eiuſdē ſenſati ſicut aer ⁊ aqua q̄ ſunt me/
dia coloris inquātū lucida ſūt: tūc hñs illa plura organa ite
rū ſufficiēter ſentiret illud ſenſatū ⁊ nō deeſſet ei aliqd in ſen
ſibiliū cognitiōe. Ex oibꝰ aūt hmōi arguo ꝙ hñs organa ſuf
ficiēter oīa ſenſibilia ſentiētia ꝑ mediū ꝯiunctū ⁊ ꝑ medium
remotū nō hꝫ defectū alicuiꝰ ſenſus: aīal aūt hñs qnque ſen
ſus: hꝫ organa ſufficiēter oīa ſenſibilia tam ꝑ mediū ꝯiūctuꝫ
q̄ꝫ ꝑ mediū remotū accipiētia: ergo nō deeſt aliqs ſenſus ha
bēti qnque ſenſus ꝑ̄dictos: ⁊ hec rō eſt penes media ſenſuū
accepta: mediū enim ad oēm ſenſum eſſentialiter exigitꝛ: ſed
mediū aut eſt ꝯiunctū aut diſtans: ⁊ ſi ꝯiunctū eſt: aut eſt per
hoc mediū qꝺ eſt equalitas iter ſua ſenſibilia: aut priuatum
eis oino: mediuꝫ autē qꝺ eſt equalitas eſt in tactu: qm̄ oino
nō potuit priuari tāgibilibus eo ꝙ ex talibꝰ cōſiſtit cōpoſitio
eēntialis aīati corporis: ſi aūt eſt mediū ꝑ priuationē ſenſibi
liū ꝯiunctū: tūc eſt guſtus: ille enim eſt ꝑ ꝯiunctū mediuꝫ eo
ꝙ ipſe eſt qdā tactus ⁊ ſuū mediū priuatū eſt ſenſibili: eo ꝙ
ex illo nō cōponitꝛ ſentiēs: ſed potius ſuū ſenſibile eſt indicās
hoc qꝺ eſt maxime ꝯueniēs cōpoſitioni eēntiali: ⁊ hoc eſt ſa/
por qui iō ꝙ ſequela eſt cōplexionis idicat nutrimētum quo
ſaluatꝛ cōpoſitū aīatuꝫ. Si autē eſt mediū diſtās nō pōt eē ter
minatū corpus: qꝛ ꝑ illud nō poſſet eē trāſitus ſenſibiliū: opꝫ
igitꝛ ꝙ ſit puium: hoc aūt eſt ẜm duplicē nām: aut eniꝫ eſt ẜm
eā que eſt a ſuꝑiori corpore: ⁊ ſic eſt mediū viſus: ⁊ hoc eſt in
quatuor corporibꝰ puijs: aut ẜm nām alicuiꝰ elemēti i ſeipo:
⁊ hoc eſt duplr: aut enim eſt cū motu generāte ſenſibile ipm:
aut ẜm gñationē a ſolo ſenſibili factā: ⁊ primo qdē mō eſt me
dium ſoni: ⁊ hoc eſt aer ꝙ aer q̄ꝫ aqua nobilior eſt: magis eſt
in aere q̄ꝫ in aqua. Scꝺo aūt modo mediuꝫ eſt odoris qꝺ eſt
etiā plus in aere q̄ꝫ in aqua: qꝛ lꝫ humidior ſit q̄ꝫ aqua: tñ ꝑꝑ
ſpūalitatē ſui humidi calido ſicco minus ꝯtriatꝛ q̄ꝫ aqua q̄ in/
corporatū hꝫ humidū: ⁊ iō plus diffunduntur odores in aere
q̄ꝫ in aqua. Eſt aūt ſciendū ſenſibiliū ꝑ media ſua nō eē mo/
tū localeꝫ: ſed potius ſicut diximꝰ ſupra ſenſibile formaliter
generat intētionē ſuā in omni ꝑte medij ꝑ circulū ⁊ ſperaꝫ in
circuitu: nec eſt vna numero intētio ſenſibilis quelibet i ꝑte
medij ſed diuerſe: ſicut etiā ſupius diximus de ſoni gñatio/
ne: ⁊ hoc magis eſt alteratio q̄ꝫ motꝰ localis: nō tñ vere ē al/
teratio: iō ꝙ nō res ſed potius itētio rei eſt gñata in medio:
que intētio nō eſt res ſeꝑata vel rata in eſſe: ſed potius rate
Dubium. rei ſimilitudo ſpūalis. ¶ Si aūt aliqs obijciat ꝙ ſi motꝰ lo/
calis nō eſt intētionū ſenſibiliū in medio ꝙ tunc diſtātia nō
dꝫ ipedire ſenſum ⁊ debemus equaliter cito ſentire remotuꝫ
⁊ ꝓpinquū. Adhuc aūt ſi eſt alteratio ⁊ oīs alteratio eſt cum
trāſmutatiōe ſubti: ⁊ ita videtur media debere trāſmutari.
Solutio. ¶ Dicimꝰ ad hoc qm̄ oīs virtus agēs efficacior eſt in ꝓpin/
quū agere q̄ꝫ in remotū ſicut dicit phꝰ Alpetrās: ⁊ iō ſenſibi
lia in ꝓpinquo ꝓportionatas ſuas generāt formas: ⁊ nō in
remotis quoꝝ diſtātia extra poſſit eē generātis: ⁊ lꝫ cōcedatꝛ
media ẜm aliqd poſſe trāſmutari nō tñ ſimplr trāſmutātur
eo ꝙ iſta nō res ſunt velut diximꝰ: ſꝫ reꝝ intētiones quedā ⁊
precipue in viſu: in auditu autem ſonus eſſe materiale hꝫ in
aere ⁊ ꝑ reflexionē hꝫ eſſe ſpūale: odor aūt hꝫ intētionale eſſe
in remoto ⁊ in ꝓpinquo aliqd hꝫ de eſſe mālī: guſtabilia aūt
⁊ tāgibilia ꝑ mām cōiunguntꝛ medijs: ſed tñ mediuꝫ nō agit
in organum niſi eſſe intētionale: ⁊ ideo videtꝛ ꝙ ſicut in alijs
ſenſibus ſenſibilia ad medium ſe hñt: ita in guſtu ⁊ tactu ſe
habent media ad ſenſum: hec igitꝛ eſt ratio ꝑ media ſenſuuꝫ
probans nullum in aliquo animali ꝑfecto deeſſe ſenſum.

¶ Cap. 4m. In quo probatur nō eſſe niſi quinque ſenſus per naturam organorum.

Iiſ adducemus aūt hic aliā rōnē ex ꝑte organorum Tex.⁊ cō. 130.
ſenſus acceptā dicētes ꝙ organa qbꝰ ſentiūt aīa
lia nō pñt eē cōmixta: niſi ſic ꝙ ſint ex duobꝰ ele/
mētis medijs q̄ ſunt aer ⁊ aq̄ dñantibꝰ in eis ſi
cut pupilla cuiꝰ ꝑfectio eſt viſus eſt ex aq̄: ⁊ aer
cōnālis eſt auri ꝑ quā eſt auditꝰ ⁊ olfatꝰ etiā ex
altero illoꝝ eſt: qm̄ in ſpirātibꝰ fit ꝑ aerē: in aquaticis aūt fit
ꝑ aquā adducētē odorē: ſilr in aīalibꝰ nō hñtibꝰ ſanguinem ⁊
nō ſpirātibꝰ q̄ in aere habitāt ſicut ſunt apes: fit enim in aere
in quo eiſdē odores occurrunt vel ꝯcurrūt: ſicut ſuperius eſt
determinatū: ignis aūt ꝑ ſeipm qdē nullius eſt: eo ꝙ eſt ꝯſu
mēs ⁊ itermināſ oē aīatū: ſed ꝑ ꝓprietatē ſui caloris incōple
xionatꝰ tūc eſt in oibꝰ ſenſibꝰ oꝑatio eiꝰ qꝛ calor facit vigiliaꝫ
⁊ expādit ſpūs aīaliū ad organa ſenſuum: ⁊ ſic organa oīa ſol
uit ad operationē: ſicut frigiditas ad interiora ꝓpellēs ſpūs
imobilitat ⁊ ſtupefacit oīa organa ſenſuū ſicut in ſōno ⁊ vigi
lia terminabitꝛ. Terra autem cū ſit frigida ⁊ ſicca ⁊ ex vtraqꝫ
qualitate ſit terminatū corpꝰ ⁊ nō receptibile ſenſibiliuꝫ: nec
reddibile eorūdē ſed potiꝰ hoc qꝺ tarde recipit fortiter in ſe
ipſa tenet: nō pōt eē dñans in organo alicuiꝰ ſenſus nec adiu
mētū ꝑ̄bere ad actꝰ ⁊ oꝑatiōes ſenſibiles: qꝛ vō organicū cor
pus terminatū ⁊ figuratū eſt: ⁊ nō tenet niſi terra: iō ꝑmixta
alijs magis dñatꝛ in tactu: qꝛ in oibꝰ aīatis magis terra dña
tur ꝑꝑ ſoliditatē ⁊ firmitatē que dꝫ eē ẜm nām in corporibus
aīatis: eo ꝙ aliter diſtinctionē ⁊ figuras mēbroꝝ corpꝰ aīatū
nō retineret: vñ ex dictis relinquitꝛ nullū organū eē i quo do/
minetꝛ aliqꝺ ſimpliciū niſi aer ⁊ aqua: ⁊ huiꝰ ſignū ē ꝙ ſi ocu/
lus pungatꝛ nō egreditꝛ ex ipſo niſi aqua: lꝫ aūt ꝑſpicuū qꝺ eſt
mediū viſus ſit plus in aere ⁊ igne ⁊ celo q̄ꝫ in aq̄: tñ illa non
plus dñantꝛ in viſu: lux enim celi vel ignis ſi in oculo dñaretꝛ:
ſicut dicit Plato ⁊ Calcidius nō adunarentꝛ i oculo forme: ſꝫ
potius diuaricarentꝛ ſicut expreſſe deprehēditꝛ in ſpeculo luci
oppoſito in quo aut nulle apparēt forme: aut apparent valde
obſcure ⁊ ꝯfuſe: ⁊ iō ſagax ſollicitaqꝫ nā ſapienter obūbrauit
oculū fouea ⁊ lachryma ⁊ ſuꝑcilijs ⁊ hūore nigro circa acieꝫ
oculi poſito vt forma adunata certius oſtēdat viſibile ⁊ luce
vndiqꝫ circūfuſa nō diuaricetur viſibile. Adhuc aūt ſi ignis
abūdaret in oculo rarus eēt nimis ad tenendas formas nec
repreſentaret ſed traduceret: organū aūt tenere ⁊ rep̄ſentare
dꝫ formas: oportuit igitꝛ ꝙ fieret ex aqua frigida glatiali q̄
puritate ſua ⁊ pulētate ⁊ humiditate recipet: ⁊ frigiditate ⁊
ſpiſſitudine teneret ⁊ repreſentaret: in auribꝰ aūt nō eſt eadē
cā qꝛ ſonꝰ eſt cū motu: ſicut ſupra demōſtratū eſt: ⁊ motꝰ non
pōt eē ꝑmanēs in ſpiſſo: ſꝫ in tenui ꝙ hoc eſt ẜm aliqd leue ⁊
graue: ſicut in de ce. ⁊ mū. determinauimꝰ: hec ḡ cā eſt q̄re in
organis hec duo elemēta dñantꝛ ⁊ nō alia. Qꝺ āt diximꝰ odo Quō itelligitꝛ
ratū fieri vtroqꝫ illoꝝ nō dꝫ itelligi ꝙ organū ipm hēat dñiū ſenſuꝫ olfatus
vtriuſqꝫ illoꝝ elemētoꝝ: qꝛ organuꝫ olfatus in anteriori ꝑte fieri ꝑ aquam
cerebri collocatꝛ: ⁊ iō opꝫ eē frigidū ⁊ humidū nō tñ fluidū ſꝫ ⁊ aerem.
cōmixtū cū terra: ſed actus odoratꝰ fit ꝑ tactū aeris in qbuſ/
dā ⁊ ꝑ tactū aque in qbuſdā ſicut diximꝰ. ¶ Cū igitꝛ organa Tex.⁊ cō. 131.
ſentiēdi aliter cōponi nō poſſint: niſi ex his que diximꝰ ⁊ aīa/
lia ꝑfecta oēs habeāt iſtas organoꝝ ꝑfectiones: aīalia per/
fecta oēs hñt ſenſus: oēs enim ſenſus habentꝛ a ꝑfectis aīa/
libus ⁊ nō ab imꝑfectis ſicut in tertio huiꝰ ſciētie libro oſten/
demus: nā eniꝫ ſollers ⁊ ſollicita nihil negat neceſſarioꝝ ⁊
nō dat ſuꝑfluuꝫ aliqd ⁊ hoc ꝓpēdere poſſumus in hoc ꝙ tal/
pe dedit oculos ⁊ cooperuit eos pelle qꝛ illud aīal cibuꝫ ſub Qr̄ nā coope
terra venatꝛ: ⁊ ibi oculis nō idiget: raro aūt eſt extra terraꝫ ⁊ ruit in talpa
ꝑꝑ ꝯſuetā opacitatē terre ⁊ tenebrā ſuſtinere lumē nō poſſet oculos pelle.
niſi oculos tectos pelle haberet ob qꝺ in loco oculoꝝ exteriꝰ
pilos non habet pellis eius vt magis ſit ſpiſſa.

¶ Cap. 5m. In quo probatur ꝙ nullus deeſt ſenſus ab ipſis ſenſibilibus.